



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



8 33  
JUDICIUM  
SANAE ET MALE-SANAE  
RATIONIS

DE

ΓΑΜΟΜΟΙ-  
ΧΕΙΑ,

VULGO

Öhliche-Büchschafft/

MELETEMATIS

HISTORICO - JURIDICIS

VESTITUM

EXHIBET

M. CAROL. HENRIC. HEEGEN,

ADV. ELECT. SAX. IMMATR.

---

Nov. LXXIV. c. 4.

*Nil est furore amoris vehementius, quem retinere  
Philosophiae est perfectae.*

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
Apud JOAN. FRIDERIC. KROTTENDORFFIUM, Acad. Typ. 1722.





PROLEGOMENA  
AD LECTOREM  
CANDIDUM ET FAVENTEM.



**N**oli B. L. mirari & rimari, quare ego innuptus verba nupta hicce proferre sustineam: noli, inquam, ruminari, quare ego Dilquisitionem, quae conjugatos praeprimis concernit, pertractandam sumsi. Placuit mihi haecce crisis ex duabus potissimum rationibus, quarum altera, quod, quantum ego quidem memini, nulla peculia-

ris Diascepsis, de γαμομοιχεία existat, altera vero, quoniam placuit. Ceteroquin, si sobria, Lector humanissime, pensitas meditatione, quod non aequè attendendum, quis dicat, sed quid dicat, in meliorem interpreta-beris partem, si subinde verba rem uxoriam spirantia, quae tamen juvenili verecundia me proposuisse, non tam praesumo, quam prorsus confido, hicce invenies; enim vero, cum quaelibet res juxta indolem & naturam suam est exprimenda, quid obstat, si & ego hicce sine ulla formidinis mica, quam mihi sanctuli μαρτύροι, nescio qui, cum supercilio suo Catoniano incutere possent, cogitationes quales quales intrepide conglutinavi. Scapham dicere scapham jubente veritatis lege semper fuit licitum, & cur

& cur, quare & quomodo Musae, quae generis feminini sunt, pallio involutae semper incedere debeant, Fufidius vel Gilbafus enunciato suo limpidio enucleent, & magnus mihi erit uterque Apollo. Edidit decantatissimus D. Wedelius, Asclepiadei Senatus in alma Salana Princeps, *ἄνθρωπος ἐν τοῖς ἀγῶσι*, in Juventute Dissertationem inauguralem de pollutione nocturna, dedicavitque eandem Serenissimo Saxoniae Duci Ernesto, & nemo ex inanis finis judicandi, vociferandi, traducendive arripuit; edidit pariter in juventute D. Jo. Georg. Simon Jactus cordatissimus dissertationem de impotentia conjugali, utpote quam deinceps adauxit, & in forma majori erudito orbi communicavit, & nemo ex inanis, suadente prudentia, imprudentiae

tiae impudentiaeve reum eum proclamavit; edidit L. Jo. Jodocus Beckius in juventute Diss. Inaug. de conjugalis debiti praestatione, & nemo nasum eapropter aduncum extendit, murmuraque vel susurros (\*) magicos rhinocerotis in modum evomuit; plura exempla silentii si pario ut involvam. Quae cum ita sint, desines L. B. si miratus es, mirari, quare ego, qui in egregio castorum juvenum virginum choro adhuc obambulo, philosophemata gamico - historica Tecum communicare haut erubescam, desines, si ruminatus es, ruminari, quare materiam ex thalamo conjugum depromptam Tuis, Lector oculatissime, oculis subjiciam, ac pro virili evincam, quod γαμομοιχεία non equidem sit ens mere chimaericum & phan-

(\*) S. 5. J. de Publ. Judic.



phantasiabile, sed reale & dignissimum, quod sub philosophiae inquisitionis incudem revocetur. Quando vero in hisce lineis, quod a me haut alienum esse felicissime novi, a via regia aberravi, rem mihi exhibebis gratissimam, multisque officiis demerendam, si filo informationis Tuae Ariadnaeo me vacillantem errantemque ex labyrintho erroneo in semitam, quae innoxia salutatur, traducere haut dedigneris, gratissima profecto hocce beneficii genus agnoscam mente, omnique tempore πὺξ καὶ λαξ eo allaborabo, ut illico perspicias, quod huius beneficii haut immemor ad decencia observantiae nunquam intermorturae genera Tibi vivam devinctissimus. Vale L. B. & si inchoaveris amare, gratiosa gratiae Tuae aura me refocillare perge.

TRA-

## TRACTATIO.

## §. I.



Qui ex arbore consanguinitatis & adfinitatis eorum, qui genuino veri falsique sensui tanquam canes lepori inhiant, familiam suam deducere atque legitimare valent; illi sine ullis stribiginibus sineque ullo contradictionis firmate hanc fidei suae philosophicae confestim edent confessionem, eam esse indolem ac naturam disciplinarum practicarum, ut statim in vestibulo actionis utroque respiciendum sit oculo ad finem, ac deinceps de mediis adaequatis disquisitione instituenda. Et non heri aut nudius tertius demum haec hypothesis in foro Apollinis invaluit, sed iam dudum a lectissimis, quos aetas cana exosculatur, sapientibus, firmis asserta fuit rationibus.

## §. II.

Ipse sacratissimus noster Justinianus orthodoxam hanc methodum, quae vulgo resolutiva cluit, peropportune adprobat, dum in Elementari sua Jurisprudencia statim ad finem Jurisprudenciae manibus pedibusque convolat, & §. 1. J. de J. & J. ante omnia justitiam legitimo depingere penicillo allaborat, utpote quae communi *θεσμολογύτων* philosophissimorum 1)

CON-

1) ne quis mihi hic crimen malae Grammaticae, de quo non ita pridem Diss. Jur. Ill. Ludovici Halae edidit, objiciat, ac si in Divi Prisciani cineres minxissem, quando superlativo Philosophissimis ad modum obscurorum virorum in epistolis, ubi Theologissimis invenitur, usus sum; hicce mihi provocare liceat ad l. ult. C. de Repud. ubi dicitur, *philosophissimus* sancivit Marcus. Quamvis autem probe sciam, quod Justinianus nullum habeat imperium in Prisciani regionem, ut cum Sigismundo

concentu finis sanctissimae hujus philosophiae salu-  
tatur.

### §. III.

Quae cum sine exceptione illibatum veritatis mereantur adplausum, hinc omnis moralis Sophiae Amalium in hujus hypotheseos defensione tanquam mus in pice haerebit, & generalis quasi canonis praescripto eo suas dirigit cogitationes, ut prius, antequam suscipit actionem, scopum & finem, quapropter actio instituenda, aequa mentis lance ponderet. Nullus enim emunctioris naris sapiens facile quidquam agit, nisi prope sciat, quare agat & quem in scopum. Cautus causarum patronus, si ipsi terminus, prout Pragmatici loqui amant, in judicio est expediendus, primo omnium haut inconcinne perpendit, quare in iudicium pedem suum immittat, ut videlicet vulneratae causae salvatorem agat, ambigua causae fata dirimat, suaeque defensionis viribus lapsa erigat fatigataque 2) reparat. Et sic in ceteris. Huc locum sibi vindicat πολυθρύλλον illud: finis est primarius in intentione & ultimus in executione. Brutorum ἀλόγων quidem hoc est proprium, ut sine ulla ratione, qua denudati oberrant, & sine ullo scopo, instinctu mere physico & impetu naturali ducti, agant, sed hoc ipso homines rationis luce rutilantes se ex censu pecudum

B

exi-

mundo schismam & cum Bartolo, Primipilo illo ac Archi-Monarch. juris rutilantissimo Jcto, non est de *verbis* curandum, dicere liceat. Nihiloscilicet tamen hanc ingredi-or opinionem, quod vocabulum illud philosophissimum, licet infrequentius occurrat, e regno Grammatico non statim sit relegandum.

2) l. 14. C. de Adv. Div. Judic.

eximunt, quando ut rationabilia animalia nec quidquam temere suscipiunt, quod non ad lydium veritatis lapidem sit examinatum, quodque non cum ratione ex adaequata causa ad finem legitimum tendat. Hisce itaque probe pensitatis officium *γνώσις* sapientum, quales omnes esse deberemus, deberemus autem esse virgines in sapientia, iustitia & prudentia, rectissimum laudatissimumque salutari meretur, quando ante omnia scopum actionis suscipiendae perpendant, antequam actionem ad *ἔργον* perducant; Vetusissima illa regula, quam Dionysius Major à philosopho quodam pro sexcentis solidis emisse oraculique instar habuisse fertur:

Quicquid agis prudenter agas, & respice finem;  
auro contra charior ab aequis Sophiæ Moralis aestimatoribus habeatur, omnisque cura & sollicitudo eo dirigatur, ut ad praxin nunquam interruptam hic canon accommodetur; hoc opus, hic labor.

#### §. IIII.

At enim verò cum illa, quae haecenus enarravi, tralatitii juris esse videantur, cetera, quae adhuc ex hac doctrinae cellula adferre possem, consulto silentii participio involvam. Id tantummodo liceat adhuc annexere, quod saepiuscule de moralitate conatus & iustitia & iniustitia actionis cujusdam ex fine, scopo & intentione agentis iudicium sit formandum. Quamvis enim lubentissime, ambabus, ut dicitur, manibus, concedam, quod non omnis actio, quae ex bona intentione fit, & ad bonum dirigitur finem, statim iustae actionis elogio sit maestanda, si fortasse media a iustitiae norma abludentia adhibeantur, cum juxta estatum

fatum Paulinum non sint perpetranda mala, ut inde eveniant bona, id quod multis exemplis 3) collustrare valerem, si opus esset: Attamen innoxio veritatis jure ita sermonis nostri rationes tueri possumus, omni illi actioni, quae mala intentione peragitur, injustae titulum esse assignandum, quamvis alias fororiorum quasi nexu cum justitia copulata esse videatur. Sic v. g. templum accedere, res est laudatissima & praeprimis hodie sanctulis illis, qui, templum est in corde, ubique crepant, maximopere commendanda. At si Mummius Lullianus ea intentione aedes sacras frequentet, ut in-

B 2

ibi

3) *ὡς ἐν παρόδῳ* bigam exemplorum illustrationis gratia afferre liceat. Quando virgo Calphornia Erotomaniae furore (vid. D. Dethardingii diss. de Erotomania, von der Krancfheit, wenn man verliebt ist) exagitata, juxta Medicorum effatum in toto terrarum orbe nullum sanitatis & in integrum restitutionis medium invenire potest, nisi maritalibus resocilletur amplexibus, male agit, si hoc comperto extra conjugales taedas viri appropinquationem apprehendit, licet bona intentione salutis recuperationem eo ipso quaerat, quia medium est illicitum, cum extra legitimi conjugii usum copula carnalis ad principia licentiae nullo casu referenda, malum morale enim non est committendum, ut inde eveniat bonum physicum. Exemplum alterum non ita pridem in ipsis terminis, ut pragmatici loqui solent, terminantibus extitit, ubi novelli conjuges anticipatae copulae crimen a se declinantes infante edito concludunt, quod infamiae evitandae ergo infantem trucidare vellent, proposito suscepto orant trina vice pater noster genibus flexis summaque cum devotione, & sancta simplicitate oecoccati in nomine Domini infantem enecant. At enim vero re comperta hi conjuges poena parricidii adiciebantur, nec eos finis bonus, quem intenderant, a poena liberabat, bono animo, sed malo exemplo, prout lex Justinianea canit, egerant.

ibi virginum, blandularum illarum animarum, uti Tullius eas salutat, aspectu sensus suos titillet, male, imo pessime agit, unde probe probeque inter *justa agere & juste agere*, attendendum erit discrimen.

## §. V.

Quemadmodum vero mortales plerique tam durae cervicis sint tamque praefractae frontis, ut genuinum verumque scopum actionum suarum fusque deque habeant, rotundaque quadratis miscentes pro finibus actionum suscipiendarum essentialibus accessorios, qui ceteris paribus alias laude sua non sunt castrandi, exosculentur: ita id ipsum praeprimis in matrimonialibus perspicitur. Quis, quaeso, mortalium rem uxoriā cogitans genuinum praeceptumque divinitus instituti conjugii finem sobria perpendit meditatione? quot sunt? num numero includi possunt, num fortasse ex centum decem & ex decem unum, qui intentionem divinam, quam in conjugii institutione summum Numen Adami Evaeque descendentibus proposuit, casta meditatione volvit & revolvit in hac mundi machina, invenire liceat; profecto quaestio decidi Aristophanis proverbio posset: *τίς ἐστὶν ὄρνις ἀποσι*, Quae est haec avis? i. e. ubinam reperitur talis, qui faciat talia. Certe exiguus eorum deprehenditur numerus, fallor? aut non multum aberit,

Vix totidem sunt,

Quot Thebarum portae aut divitis ostia Nili. opus esset, ut Diogenes cum noctiluca fulgidissima ex inferis accederet, & ejusmodi homines quaereret.

## §. VI.

Complures Gamici Ordinis consecranei scopum  
matri-

matrimonii legitimum parum curantes per matrimoniales taedas ad culmen honoris ascendere anhelant, ideoque solummodo arripiunt conjugij thorum, ut honores & dignitates eo ipso assequantur, adeo, ut his ipsis uxor debeat esse janua, per quam in dignitatis arcem pedem immittere, & scala, vi cujus ad spartam aspirare possint. Res est decantatissima lippisque & tonsoribus nota, quod per uxoris acquisitionem sine ullo respectu ad finem a Deo imperatum tantummodo promotio fortunae & honoris, qui respectus alias minime floccipendendus, illico intendatur. Solet inter egregios egregiae plane prudentiae canones connumerari, man muß suchen in eire splendide Familie zu heryrathen / damit man sein fortun und employe in der Welt erhalte. Exempla de hac re sunt quotidiana, ubi Crispinus & Herennius matrimonii jugo cum personis, quae nullo amore ob virtutis defectum dignae, sese subjecerint, ut modo spartam post jam assumptam Martham, utpote quae spartam post se trahit, nanciscerentur. Quod vero haecce perversa ratio multum detrimenti & scandali non solum Reipubl. sed quoque Ecclesiae attulerit, hoc non est e longinquo deducendum, posteaquam ejusmodi praeposteræ nuptiae, ubi dos virtutis optima haut considerata, nec finis genuinus ruminatus fuerit, jurgiis & diffidiis ansam dent, imo quandoquidem desperatum nanciscantur exitum. Cui ignotum est, quod in multis locis vacans officium laeculare & pastorale 4) nulli conferatur, quam ei, qui

B 3

defun-

- 4) Hic mos praecipue in Pomerania, teste Neringio diss. de privilegiis Pastorum, in usu esse solet, qui tamen *xara ti* tolerari potest, si tantummodo Candidatus idoneus post acceptam

denum

defuncti praedecefforis viduam vel filiam, ubi acclamandum:

Elige, cui dicas, Tu mihi fola places, in matrimonium duxerit, ut adeo in choro & thoro, vel foro & thalamo fimul fucceffor aufpicis vere aufpicatis conftituatur. Quum autem haecce methodus munera acquirendi ejusmodi furfuris fit; ut eo ipfo libertas matrimonii infringatur, vocatio reddatur illegitima & fucceffio in officiis fiat quafi hereditaria, hinc illico adparet, quae nocumenta exinde refultent. Cum enim hicce plerumque amor coactus intercedit, quid jam mirandum, fi ejusmodi amor non diutius quam fungus forte durat, & ut bullula aerea cito in auras elabatur, quo deinceps per fequelam ordinariam fit, ut amor in odium per metamorphofin ufitatiffimam plerumque tranfmuetetur, quod fcandalum ingens non potelt non excitare.

#### §. VII.

Plures adhuc in hoc mundi teatro circumvolant, qui matrimoniales taedas fine ulla finis genuini ruminatione ob facrum denarium, qui hicce paranymphe vicibus fungitur, folummodo cupiunt. Et hic modus tam frequens eft, ut in pofterum hoc refpectu uxor inter modos acquirendi dominium accefforios, de quibus Juftinianus in jure multa profert, erit connumerandum

vocationem fuafu tantummodo laudabili fine ulla intercedente coactione uxorem vel filiam ducat. Diftinguendum itaque hic probe eft 1) inter Candidatum legitime jam vocatum & adhuc vocandum, 2) inter viduam & filiam virtuoſam amabilem & minus talem, 3) inter puram fuafionem & coactionem, & quae ſunt reliqua, quae cujuſvis conſcientiae & honeſtati ſunt relinquenda.



meranda. Pol! Quilibet desiderio divitem uxorem reportandi flagrat. Qui bona sua dilapidavit, qui parum scientiae sibi acquisivit, qui inutile terrae pondus est, ille ope conjugii carnalis deperditarum divitiarum restitutionem acquirere anhelat, ein reich Weib muß alles wiederbringen/ man muß etliche 1000. Rthlr. reicher heyrathen/ Geld schreyet die Welt/ finis studiorum mulier. Mirandum profecto terque quaterque, quod sacer denarius homines tam occoecare valeat, ut is, qui animo divitem uxorem reportandi, matrimonium cupit, occoecatus ferme nullam plane aetatem, conditionem, qualitatem, animi virtutem vitiumque respiciendum putet, adeo, ut nummus eum ita vincere valeat, ut iam velit, quod alias noluit, & cum alias matrimonium ex amicitiae adfectu & morum concordia elegisset; jam sibi illam suavitatem exuendam esse autumet 5), cumque alias suavem puellam duxisset, jam nunc canendum:

Alba ligustra cadant, vaccinia nigra legantur.

Quaeris nunc, quae causae hujus inverisae methodus? respondeo, sacer denarius ille efficit, ut ejusmodi homo symboli quasi loco exclamet,

Sit utcunque sit, modo sit dives,

Sit morosa sit anilis 6), modo sit dives,

Sit

5) conf D. Pelleri Politicus Scel. impugn. c. XIX. in Scholio.

6) Quid de senum matrimonio sit statuendum, hic paulisper disquirere liceat. Si quidem lex Julia Papia Poppaea adhuc vigeret, quae sanciebat, ne mulier 50. annis minor sexagenario nuberet, aut vir hac aetate junior quinquagenariam in uxorem duceret, teste Rosino l. VIII. Ant. Rom. c. 6. hac visione supersedere possem: cum vero hodie libertas matrimonii in-

eundi

Sit quomocunque sit, modo sit dives.

Hastu Geld / so bist du mir lieb /  
Ob schon deine Mutter war eine Hur / dein Vater  
ein Dieb.

Sit

eundi laxior, posteaquam Imp. Justinianus l. 27. C. de Nupt. legem Papiam abrogavit, utique jam in moralitatem matrimonii, quod senes, qui unum pedem jam in Charontis cymba habent, inquirere brevissime liceat. Quod conjugium vetularum concernit, illud principiis moralitatis repugnare omnino statuendum, quia nec principalis nec minus principalis finis per illud promoveri potest, praecipue vero monstruosum vetularum conjugium declarandum quando juvenis procus, qui in Jericho manere deberet, donec ipsi barba cresceret, effoctam annosamque vetulam sibi matrimonio jungit, hinc Simon de impot. conjug. c. VII. th. 2. §. 24. satis accommode ejusmodi maritum, qui vetulam talem ducit, comparat ei, qui agro sterili semen committit bonum, ex quo fructus nulli nascantur, quia frustra cum illa consuescit, dum ex isto concubitu soboles nulla nascitur nec speratur. Et quamvis relatum legamus, quod vetulae 45. imo 50. anno adhuc conceperint, uti in clave historica statuum Europae in Gallia 1713. virginem LXII. annorum nuptam anno sequenti peperisse infantem robustum legimus, nihilo secius tamen, cum extraordinaria non faciant regulam, ridiculosa vetularum Venus est exprobanda, l. 12. C. de legat. hered. l. 21. pr. de Act. Emt. & V. D. Müller de jure praegnantium c. 2. th. 2. Wedel diss. de Sterilitate sect. 1. p. 22. uti & ego aëclamo; *Vetula* per Anagramma, Tu vale. Quoad maritos vero veteres etsi mitior videatur ferenda sententia, quia hi anno adhuc sexagesimo septuagesimoque & ulterius generare valent, uti de Cicerone referunt, qui irrifus, quod sexagenarius virginem Pomponiam

Du suchst ein junges Weib mein grosser Tullian

Indeclinabile cornu rufft Priscian!

duxisset, dixisse fertur: *Cras mulier erit*: veruntamen, quia se-

nes

Sit uxor ultra LX & plures annos porrecta, modo

C

adfe-

nes plerumque ob defectum calidi innati venerem juven-  
cularum non aeque extinguere valent, consultius erit, si illi in-  
primis depontani, qui exclamare necesse habent, vasa sunt va-  
cua, & quorum thalamo inscribendum illud Horatii:

Vixi puellis nuper idoneus

Et militavi non sine gloria,

Nunc arma defunctumque bello

Dactylon hic paries habebit,

Votum uxoris ducendae deponant, ne veritatem alioquin di-  
cterii experiantur senes, qui Juvenculas ducunt, in vivum se-  
pulchrum properare & equos scandere, quibus vehuntur ad  
inferos. conf. M. Boetneri diff. de malis eruditorum uxoribus,  
in fine. Multoties sane accidit, ut ejusmodi conjugia, quan-  
do senes habeant quidem *to velle, sed non to posse, denn*  
*wenn es auf denen Bergen gereist, so ist es im Grund ge-*  
*twiß gar kalt*, adulteriis illicitisque conjunctionibus ansam  
subinde subministrant, adeo, ut vel hoc intuitu ejusmodi  
conjugia merito conjugia inversa *verkehrte heyrathen* salutaris  
mereantur, prout Jo. Weidnerus Palatinus, cum senex anno-  
rum 17. puellam ipse natus 71 duxisset, dixit, numerum inver-  
sum nuptias contraxisse, *hier habe eine verkehrte 17. sich ein-*  
*ander verheyrathet*, teste Zingreffio in Apophtheg. P. III. p.  
21. hinc quoque Summe Rev. Buddeus Theol. Moral. sect. III.  
c. 3. §. 7. egregie ait: existimo de conjugio senum, quorum  
aut utraque aut altera pars ita comparata est, ut procreare so-  
bolem nequeat, ea esse scilicet illicita. Hisce ponderatis pro-  
fecto effectis senibus, de quibus Terentiana cantat Musa:

At vel ego amatores mulierum esse audieram eos maximos;

Sed nihil potesse,

convenire videtur, ut taedas potius funerales, quam nuptia-  
les accendant, cum ipsa natura hujus meditationis ipsos ad-  
moneat. jung D. Luther in Coll. Mensal. Tit. von Ehestand.  
Sed quo prolabor. Da veniam Lector si quandoque digrediar  
& excurram longius.

adferat tot mille vel centum ducatos, non aestumo,  
alii eaproppter me sibilent, non curo,

Populus me sibilet, at mihi plaudo,

Ipsè domi simul ac nummos contemplor in arca.  
Quod vero communiter tale matrimonium adprobe-  
tur, evincunt flosculi: da heist es: *Cy!* Stichus Saufe-  
jus hat eine rechte herrliche Parthie gethan / si ratio-  
nem exigit, rationis responsio statim est in promptu,  
denn sie hat wackere alte Thaler und recht geharnisch-  
te Männer. Sed quae gaudia floccida talis electio post  
se trahat, jam vide & circumspice B. L. cum census u-  
xorem & non amor elegit, hinc veniunt lacrymae;  
pensita, quae malo incepta sunt auspicio, inauspicatum  
solent habere exitum, hinc quid mirum, si in tali con-  
sortio tot altercationes & rixae quotidie exsurgant,  
quot thaleros & nummos ad maritum attulit, postea-  
quam uxorem non amavit antea, sed pecuniam, dixit-  
que, *Geld mein Schatz / ich habe dich lieb.*

§. VIII.

Veluti autem, pastillos Rufillus olet, Girgonus  
hircum; ita alii adhuc in terrarum orbe plane egregii  
inveniuntur nuptiarum Amasii,

Nam bona pars hominum decepta cupidine falsa,  
qui matrimoniales taedas ex mero libidinis instinctu,  
coeco impetu & plane vesano amore ineunt, eoque so-  
lum respiciunt, ut pabulo voluptatis se demulcere &  
lacunas supplere queant, quapropter quoque, finem  
conjugii parum curantes, haut sunt solliciti, num uxor  
sit virtuosa, nobilis, (7) pia, casta, famae bonae & quae  
huc

(7) huc referendi videntur cum aliis ancillarioli, qui oestro libi-  
dinis corrupti ancillas suas post fata uxoris nobilissimae igno-  
bilissi-

huc spectant, sed tantummodo respiciunt, num virgo sit pulcha, blanda, bene picta & amabilis. Ratiocinatione utuntur ejusmodi balatrones & luxuriosi; (quomodo enim voluptas syllogismum faceret?) mere Grammatica, agentes, vox mulier **Frau** derivatur a gaudio **Freude**/agedum ergo quaeramus in uxoris consortio gaudia, mulier sit nobis quasi mollis aer. At enim vero cum tale institutum sanae rationi & institutioni matrimonii maximopere adversetur: hinc conjuges hujus caveae conjugii libertatem laedentes omne fas & nefas miscent, & ex conjugio christiano per nefandam metamorphosin bestiale efficiunt, uti ex seqq. dilucidius adparebit.

## §. IX.

Sed cum hactenus de finibus, quos plerumque

C 2

morta-

bilissimas, si modo sint bene pictae, imprudenti ausu ducunt, eoque ipso saepius familiam suam conspurcant, quando venter haut nobilitet. Formam si homines pro dote & virtute sumunt, & ab initio formae & pulchritudini omnia inesse censent, cibum, potum, vestimenta & habitationem: sed paulo post, quando deprehendunt, pulchritudinem non esse obiectum stomachi, sed ventrem, pulchritudinis thesauro non obstante, a tribus carere, multoties, sed post festum, carnem cum sapore i. e. uxorem cum dote & virtute sibi incipiunt exoptare. At vero jam sapiunt phryges, hinc qui non vult Epimetheus fieri, ille sit hodie pridie & perendie Prometheus. conf. Ill. Ludovici diss. pulcherrima de eo, quod justum est circa pulchritudinem §. 24. add. Praetorii Magde. Tröster & Rothmanns vertheidigte Magde. Heyrath, ubi multa exempla ancilliariorum in scenam producit, solatiumque eis suppeditat tale: wilt du die Mad nicht, so kehre sie um, daß du eine Dam draus machest, nec erit ancillae Tibi amor pudori, ut canit Hor. L. 2. od. 4. v. 1. conf. Cl. Lilienthal de Machiavellismo Litt. §. 21.

mortales in re uxoriâ ineunda observant, spuriiis fermocinati sumus, ὕστερον πρότερον ferme commisimus, quapropter jam μεθοδείας ratio exigere videtur, ut genuinos matrimonii fines paulisper perpendamus, cum sit liquidissimi juris, quod homo ad eum finem actiones suas dirigere debeat, ad quem creatus est. Hinc facile colligendum, quod homini neūtiquam licentia sit relicta, quemcunque finem eligere, & scopum pro lubitu suo & arbitrio praefigere. Conjugii finem triplicem statuunt communiter DD. principalem sobolis generationem, alterum mutuū adjutorium, & ultimum tandem extinctionem libidinis, seu ut accuratius loquamur, evitacionem & fugam scortationis, quam Graeci πορνοφυγίαν adpellitant. Priores duos in ipsa institutione divina, tertium in doctrina Paullina (8) fundatos, communi fere calculo asserunt. Hos tres fines, quos modo recensuimus, Stephanus Pasquier epigrammate quodam comprehendere annisus est, hunc in modum canens:

Uxores ego tres vario sum tempore nactus,

Cum juvenis, cum vir, cum factus inde senex.

Propter opus prima validis mihi juncta sub annis,

Altera propter opes, tertia propter opem.

At quod epigrammate hocce omne punctum haut tulerit, ex sequentibus adparebit.

§. X.

Num vero inter recensitos haecenus fines generatio

(8) I Cor. VII. com. 2. διὰ τὰς πορνείας ἑκάστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔχεται, καὶ ἑαῶν τὸν ἴδιον ἀνδρα ἔχεται. consp. c. quicquid 31. q. 2. Copula conjugalis mederi ultionibus debet. & Musæus in Tr. de Conjugio §. 136.

ratio prolis an mutuuum adjutorium pro palmario sit agnoscendum, jam disquisitio paulisper erit instituenta, dum de hoc commate adhuc

Doctores certant, & sub judice lis est. Si juxta Callistrati Jcti receptamque communiter hypothefin hicce responsio formanda, adfirmandum erit omnino, quod *παδοποιία* pro fine palmario sit agnoscenda, quia ad hoc matrimonium institutum, ut eodem gens humana propagetur & confervetur: hinc egregie ita philosophatur Callistratus (9), quod natura nos doceat, quod parentes pii liberorum procreandorum animo & voto uxores ducant, ut filiis filiabusque editis diuturnitatis memoriam sibi relinquunt; quo & respexit Justinianus (10) imperator, graviter admonens, quod in rebus mortalium nihil perinde sit venerandum ac matrimonium, utpote quo liberi omnisque deinceps sobolis series existat, quod regiones ac civitates frequentes reddat, unde denique optima Reipubl. coagmentatio fiat. Et profecto hunc finem quoque ipse Deus conjugii autor benignissimus in Paradyso expressit, ita protoplastis gratulatus: crescite & multiplicamini (11). Vult enim gratiosissimum Numen, ut conjugii

C 3

(9) l. 220. ff. de V. S.

(10) Nov. 110. & Leo Imp. in Nov. 26 ubi matrimonii finem *παδοποιίας* verbis patheticis & emphaticis depingit. l. 9. C. de nupt. l. 1. ff. Sol. Matr. l. 2. C. de Ind. Vid. & L. Jul. miscell. tollend. Et quod quoque Papa cum Imperatore in hocce articulo conspiraret, & eundem finem adprobet, ex canonum & textuum sequentium inspectione conspici licet, C. nupt. §. fil. 27. q. 7. c. omne 72. q. 2. c. recurat §. his ita. 32. q. 4. c. pudor 32. q. 2. alibique passim.

(11) hinc quoque in gratulationibus Gamicis eo semper respice-  
re so-

jugium sit ecclesiae & Reipubl. (12) feminarium, ex quo, tanquam ex equo Trajano, homines prodire & exsurgere debeant.

## §. XI.

re solemus. Tales vero acclamationes quandoque ridiculae esse solent, uti de rusticis Altenburgensibus lepida hoc in passu refert M. Frid. Frisius in der Historischen Nachricht von denen merckwürdigen Ceremonien derer Altenburgischen Bauern Sect. 5. Die Braut-Mutter leget einen Kuchen auf das Braut-Bette, welchen die Umstehenden mit denen Händen zerschlagen und sagen: so viel Stückgen, so viel Pöppgen &c. ubi loc. cit. aliarum quoque gentium mores tangit.

- (12) Ex hoc principio quoque fluit, quod conjugium impotentibus neutiquam sit permittendum, hinc constat, quod conjugium sit annullandum, si mulier ita arcta, ut mulier fieri l. 14. ff. de Aedil. Edict. c. 1. X. de frigid. & malefer. pati nequeat l. 3. ff. quando dies legat. uti curiosum plane casum de tali muliere minis arcta, quae genua disjungere non poterat refert B. Stryk ad Brunnemanni Jus Eccles. l. 2. c. 16 §. 1. conf. D. Naboth de Steril mulier. quae aegritudo a Medicis vitium imperforationis vocatur, teste Andrea Ramdohr de Ocul. Insp. §. 14. Hinc in Consistorio Lipsi. decretum eapropter m. Majo 1625. ita conceptum fuit: Wenn nun von denen Medicis oder Chirurgis eydlich ausgesaget wird, daß euer Eheweib zu der ehelichen Beywohnung und schuldigen Ehe-Pflicht niemals tüchtig gewesen auch noch nicht sey, noch ins künftige curiret und tüchtig werden könne, so wird das hierüber zwischen euch ergangene Ehegelbniß billig cassiret und aufgehoben. Num vero fluxus urinae perpetuus efficax sit ad divortium inducendum, uti vitium imperforationis arg. l. 14. §. 4. ff. de Aedil. Edict. ubi dicitur, quod laborans hoc morbo ex vesicae vitio morbosus reddiberi possit, vix crediderim, cum vitium vesicae inter reprobatae spuriasque divortii causas sit referendum. Struv. de Jure Divort. c. V §. 14. posteaquam aliquod impedimentum cohabitationis inhibitivum exinde haut resurgit, ut in aliis morbis Gallico sc. & contagioso &



## §. XI.

At enim vero absit, ut victoriam ante triumphum canamus, nondum videtur res evicta, quod primarius conjugii finis sit propago filiorum, dum jam e longinquo video hic assurgere trigam virorum acutissimorum, Pagenstecherum (13), Strykium (14) & Agrippam (15), qui omni nisu hanc tuentur hypothesein, quod mutuo adiutorio finis honorarius sit assignandus, ea propter scilicet, quia hoc primum fuisset, quod Deum movisset, ut Evam creasset eamque Adamo ut conjugem tradidisset: Deus enim locutus esset, non est bonum homini, hominem esse solitarium, faciamus ad-

juto-  
so v. Exc. Boehmeri diss. de probatis repudii causis c. II. §. 16. & ita Fac. Jurid. Lips. M. Nov. 1647. respondit: Weil durch den fluxum urinae perpetuum die vornehmste Ursach der Verzehligung nicht aufgehoben wird, solches Gebrechen sich auch theils geändert, theils mit Gedult zu vertragen, so kan cure Tochter dieser Ursachen halber die gänzliche Ehescheidung nicht suchen. De cetero cum correlativorum eadem ratio esse debeat, hinc etiam a conjugii libertate castrati, evnuchi, thlibiae & thlasiae, omnesque quibus ob vitium visibile generandi facultas deficit, merito arcentur l. 128. ff. de V. & R. §. 1 7. ff. de Aedil. Edicto. t. t. de frigidis & maleferiatis. jung. D. Schroeter. diss. de divortio, Wildvogel de Jure thalami, nec non Delphini Capaunen Hochzeit per totum. Quod vero ille, qui uno solummodo gaudet testiculo, generare possit, & ideo huc non referendus, evincit l. 16. ff. de Aedil. edict. conf. Ill. Stahlii diss. de impotentia virili §. 4. Halae 1597.

(13) in diss. de scopo matrimonii nec non in Spicil. Lauterb. m. 3. jung. Beyer Delin jur. N. D. c. 16.

(14) D. Jo. Samuel Stryk. diss. de fine matrimonii Hal. 1708.

(15) in diss. de Sacramento matrimonii, quae annexa ejusdem libro de incertitudine & vanitate scientiarum.

jutorium ipsi simile : jam itaque ex hoc ipso demonstra-  
re adnituntur, quia Eva in hunc finem creata esset, ut  
scilicet Adamo esset adjutorium, ergo & hic merito fi-  
nis primarius mutuuum statuendum esset adjutorium.

§. XII.

In quam E. hic transcendendum hypothesin? num  
itaque receptae assertioni, quam supra jam adprobavi-  
mus, nuncium iterum mittamus? numne potius mu-  
tuuum adjutorium pro scopo maxime egregio agnosca-  
mus? utramque hypothesin assumamus, adprobemus,  
*κατά τι* & conciliare tentemus. Edidit nuperrime M.  
Treuerus Prof. in Acad. Jul. celebratissimus Diatriben de  
Logomachiis in juris naturae doctrina occurrentibus;  
cum hancce perspicerem, statim curiosus eram, num  
quoque hunc forte passum, quo de jam differimus, in  
numerum Longomachiarum retulisset: at vero inspe-  
cto tractatu perspiciebam, quod sicco pede hunc pas-  
sum transisset. Si mihi hicce meas aperire meditati-  
ones licitum, videtur mihi profecto, quod tota haec  
lis de fine conjugii primario, num adjutorium num  
*παρομοία* dicendus, in numerum Logomachiarum re-  
ferri possit. Qui mutuuum adjutorium pro fine agno-  
scunt palmario, adhibere mihi videntur terminum in-  
complexum, sub quo omnes suo ordine fines latent.  
Sic quando asserunt, conjugii finis est mutuuum adjuto-  
rium, jam subintelligendum, quod hoc adjutorium sub  
se comprehendat, adjutorium in procreanda sobole,  
mutuis operis, & libidine refroenanda. Quod vero  
mutuuum adjutorium si alio sensu (16) assumatur, & pro-

cre-

(16) Qui mutuuum adjutorium pro principali scopo venditant,  
illi praecipue spirituale adjutorium intelligunt, *πρωτων* eorum  
vero

creationi sobolis praeponatur, pro scopo principali

D

haut

vero ψεύδος in eo consistit, quod putent Deum potuisse Adamo, etiamsi Evam non generasset, vim generationis in Paradiso concedere, quia homini post lapsum demum genitalia nata essent, uti quidam ex patribus somniarunt Eandem cantilenam Jo. Baptista Helmontius in Init. Phys. Inaud. nec non in introitu in nat. human. canit, asserens videlicet, non esse conditum hominem, ut generaret hominem, multo minus Adamo datam esse Evam, ut esset ipsius conjux, sed credit, Evam concepturam fuisse, non ex carnali copula brutorum more, neque ex concupiscentia aut voluntate viri, sed ex Deo & ex umbratione Spiritus S., hanc fuisse primam Dei intentionem, eam vero antevertisse Adamum, dum post esum pomum exindeque ortam tentiginem veneream Evam violenter adortus ad arbusta deduxisset & tandem subactam stuprasset. vid. D. Werther de Temperamento Adami. At enim vero cum expresse dicitur, adduxisse Deum viro mulierem, eisque benedixisse, non est ut huic assertioni, tanquam somnio vigilantis, ulterius immeremur. D. Willenbergius diss. de oner. matrim. c. 1 §. 2. recte ait, si homo perstitisset in statu integritatis, eundem instinctum percepisset, quia non minus in illo ac post lapsum genus humanum multiplicandum. Qui plura, ubi eadem fabula narratur, de hac materia percipere cupit, ille evolvat Andr. Beverlandii Tr. de Peccat. orig. §. 13. G. Arnoldi R. und R. Historie P. II. p. 612. & ibi inveniet Lector legendi cupidus, quae sitim ejusdem abunde satiare sedareque poterunt. Cum autem haecce pondero, succurrit exemplum eruditi, statuentis, se lubentissime velle sobolem procreare, modo non mediante copula, quam cum brutis homines communem haberent, id efficiendum esset, num fortasse hypothese Beverlandiana corruptus fuerit, L. B. divinationi relinquam; fortasse credidit, quod ex se, sicut arbores, homo progenerare potuisset: sed & hoc ad aegrae mentis somnia referendum conf. Anonymi Religio Jcti p. 94. Huc quoque  
adhuc

haut sit agnoscendum, vel inde, ut brevitatis studio cetera praeteream; liquet, quia mutuuum adjutorium etiam extra conjugii limites ab aliis personis, quae servitia praestant fidelia, aequae facile nancisci liceat.

§. XIII.

Cum itaque levi haecenus adumbravi penicillo, quod mutuuum adjutorium tam *παχυλῶς* sumtum, pro fine principali non sit venditandum, jam dispiciendum, quid illis demus responsi, qui voluptatem cum Aristippo, omni alio fine proscripso, pro scopo regio imo unico amplectuntur, quique conjugium ideo tantummodo institutum esse sibi persuasum habent, ut pabulo voluptatis se lactare valeant: num fortasse hi voluptatis Amasii extra crimen positi erunt? profecto tantum abest, ut hanc hypothesein adprobare valeamus, ut potius eam omni ratione delendam esse statuamus. Qui enim ex solo instinctu (17) & impulsu naturali explendae libidinis ergo sese cum sui similibus copulant, illi sane non alio modo matrimonium contrahunt quam

Epicuri de grege Proci;

vel

adhuc pertinet absurda & ridicula Paracelsi opinio de homunculi in phiala vitrea generatione & partu, prout id refert pluribus Antonius le Grand in Curios. naturae Perscrut p. 47. Verum varii sunt hi homines, regique Hispaniae Alphonso similes, qui quasi meliorem modum ad generationem, si adfuissent, cum Creator dixit: crescite, se invenire potuisse, stulte & irreligiose sibi imaginantur. Ejusmodi sane nugatores ad Garamantas Indos & Aethneos fratres ablegari deberent, quibus in ferendis carbonibus usui esse possent.

(17) Quod Brucknerus Decis Matr. c. XI. n. 14. hunc finem in voluptate consistentem non equidem improbet, sed pro primario agnoscere videatur, testatur D. Georg. Beyer in Delin. Jur. D. N. c. XVI. §. 29.

vel uti Angelus apud Tobiam c. 6. v. 17. exprimit, **die alleine um Unzucht willen Weiber nehmen wie das dumme Vieh.** Homo enim tantum agens secundum affectus suos carnales, eo ipso agit ut bestia, dum non ex ratione agit, qua a bestiis distinguitur, sed ex solo adpetitu, quem cum bestiis communem habet.

#### §. XIV.

Sed dicis, E. voluptas, quae in conjugii usu percipitur, inter res illicitas est referenda, adeo ut cum Papa, (alias enim res acu tangitur) ex Can. 4. caus. 32. q. 2. pronuntiandum, quod Spiritus Sancti gratia non detur eodem tempore, quo conjugalis actus geritur, etsi sit Propheta? respondetur, si tantummodo merae voluptatis causa, sine intentione divinam normam observandi, copula suscipitur. Quamvis enim adpetitus ille & inclinatio naturalis ad conjunctionem procreationi sobolis subordinata, utpote a Deo ortum trahens, laudabilis sit, nec mali quicquam in se contineat (18), cum medium sit unicum ad finem consequendum, adeo ut actiones libidinosae per se inter res illicitas haut sint referendae, si modo intentio Dei sobrie una consideretur (19); attamen, si conjuges voluptatis usuram ad generationis opus sancta religione non dirigunt, voluptas omnis ejusmodi inter actus illicitos est referenda. Eo enim fine procul omni dubio a Deo data est voluptas, ut restrictione ejus procreetur soboles,

D 2

nemo

(18) Dn. Buddeus in Phil. Pract. p. 261. quid? quod Beyerland ipse in Tr. de Peccat. Orig. §. 17. p. 89. ait: Concubitus per se non est malus, alias ipse Nomotheta peccatum jussisset. conf. Dn. Porstii Conc. von der Unkeuschheit p. 70.

(19) Dn. Rüdiger Philos. Synth. L. 2. T. 2. P. 1. c. 4. & B. Alberti in Compend. Juris N. orthod. c. X. §. 27.

nemo E. debet libidinem restringere, nisi velit sobolem generare, (20) ne pœcudum more agat; conjugium enim debet esse honorabile & castitate stipatum; & licet consuetudo conjugalis non tam amplius pura sit, sicut ante lapsum fuit, tamen coram Deo, si sancte traducitur, pro statu casto habetur. Hinc egregie Lutherus (21) ita philosophatur; conjugium est nunc post lapsum quasi umbraculum, quo multae, ut si dicam, ineptiae maritales teguntur, ut credentibus non imputentur.

### §. XV.

Qui ergo matrimonii fines susque deque habent, & conjugium ideo tantummodo ineunt, ut pabulo voluptatis se satiare valeant, hos in foedissimum *γαμομοιχείας* crimen ruere, statuo, & quidem ex ea ratione, quam supra jam recitavi, quod eae libidines, quae *παίδωποιαν* more legitimo non intendant, inter notandas sint referendae.

### §. XVI.

Quod vero scortationem conjuges in conjugio committant, si sine pio prolis suscipiendae voto concumbant, mirum & paradoxum videri posset, quia conjugium *ἀλεξιφάρμακον* & panacea contra scortationem esse debeat, quomodo autem medium contra vitium potest accendere vitium? Sane ita est, datur vera scortatio conjugalis & non est ens phantasiabile. Do depellendae hujus objectionis E. instantiam: sacrae pandectae sunt antydoton contra omnes noxias religioni opiniones, & tamen haeretici abutentes illis plu-

(20) vid. Celanders *Frauenzimmer-Philosophie* p. 710.

(21) In *Comment. ad Gen.* c. 26 fol 382.

plurimos inde fugunt errores, nequitiasque suas hoc ipso obnubilare adnituntur. Sic conjugium est & esse debet antydoton contra omnes scortationes, nihilofecius conjuges abutendo matrimonii libertate per conjugii usuram pravas incendunt concupiscentias, clypeoque matrimonii se defendere adnituntur. Et hoc est vitium hominum non culpa nuptiarum c. 5. caus. 32. q. 2.

## §. XVII.

Sed jam ratio expostulat, ut succinctam *γαμομοιχείας* (22) descriptionem suppeditem. Communis DD. schola scortationem ita depingit, quod sit carnalis concubitus personarum conjugio solenni haut junctarum, vel concubitus vagus solae libidinis gratia cum meretrice peractus (23). At enim vero quod haecce definitio angustior suo definito adpareat, quia *γαμομοιχείαν* non comprehendit, nec essentiam rei adaequate exhauriat, ex jam dictis manifestum; posteaquam enim scortator non sobolis procreandae sed libidinis explendae gratia concubitus perficit (24), praetereaque notum, quod Iliacos muros intra peccetur & extra: hinc

D 3

utique

(22) Memor aureae sententiae Epicteti, quod principium τῆς παιδείσεως sit ἡ ἐπίσκεψις τῶν ὀνομάτων, in incunabula *γαμομοιχείας*, parca licet manu, jam inquirere liceat. Quod igitur vocabulum nostrum *γαμομοιχείας* attinet, illud natales suos debet voculae *γάμος* & *μοιχεία*, & nihil aliud innuit, quam scortationem conjugis cum conjugee in conjugio, quae acutissimo Jcto Schiltero vulgo *Eheliche Buhlschafft*, *Eurerey im Ehestande*, audit.

(23) C. Elbingius Jurisprud. Decalog. Sect. III. c. 2.

(24) Ill. Thomaeus diss. de Pactis futur. nuptiarum von Ja. Wort S. 17.

utique concinnior definitio ita formanda, quod scilicet scortatio sit congressus, in quo non procreatio sobolis, sed libidinis solum expletio & corporum conjunctio intenditur.

## §. XII.

Scortationis delineatione suppeditata, jam pes promovendus ad ejus divisionem; dispecimus autem scortationem in *conjugalem*, quam conjuges inter se in conjugio committunt, quando nimirum non sobolis procreandae sed libidinis solum explendae ergo philialilia connubiali se amplectuntur, & *extraconjugalem*, quae extra conjugii sphaeram cum meretricibus aliisque ejusdem furfuris committitur. Dein dispecce eam liceat in *vulgarem*, ubi quis tantummodo sine intentione sobolem procreandi carnale commercium suscipit, & eminentem seu *qualificatam*, ubi plane non intenditur sobolis procreatio, & praeter & contra naturam ingressus instituitur.

## §. XIX.

De extraconjugali scortatione [25] hic nobis non est

(25) Hanc olim ut licitam asseruit D. Adamus Troziger Theol. Prof. Rostoch. in publico scripto: quod *scortatio non sit peccatum*: cum vero hoc esset res pessimi exempli, & tamen revocare recusaret, ideo officio suo viduatus legitur. conf. *Vergnügung müßiger Stunden* P. X. p. 47. Num vero complures venerandi Lojoliticae Scholae Magistri eandem adhuc cum Trozigero cantilenam vi probalismi sui recepti canant, prout id quidem Jesuita cordatus, Petrus Jurrigius in libello: *Jesuita in pegmate ferali constitutus* ed. Lugd. Batav. 1665. exemplis evincere annititur, in medio relinquo, & tantummodo adhuc adduco, quid Romani de hac scortatione senserint, utpote qui teste Cicerone Orat. pro M. Coelio c. 20. & Horat.



est sermo, transeat ergo haecce. Oculi nostri solummodo convertendi sunt ad γαμομοιχείαν seu scortationem conjugalem, quae nobis audit conjunctio conjugum, quae non intendit παιδοποιίαν, sed tantummodo titillationem & expletionem carnis.

## §. XX.

Fallunt F. & falluntur maximopere, qui neglecta propagatione delectationem carnis pro scopo arripiunt, fallunt inquam & falluntur, qui eas libidines, quae propagationem sobolis non pro fine habent, in universum (26) Jure Nat. non esse prohibitas, arbitrantur (27): cum enim expeditae rotundaeque veritatis sit, quod

rat. L. II. Sat. 2. v. 31. seqq. libidinis impune explendae licentiam malo exemplo tolerarunt. quid? quod Ter. in Adolph. Act. I. Sc. 2. breviter & rotunde scribere non erubescit: non est turpe, crede mihi, adolescentulum scortari, & Plaut. in Curcul. Act. I. Sc. 1. ama, quid lubet; a qua doctrina nec divortium facit Clem. ad nostram 3. v. septimo de Haereticis, ita canens actus carnalis peccatum non est, maxime cum tentetur exercens, add. Can. 7. diff. 34. Dominus te increpet! Jam optandum esset, ut isti perversi mores plenarie sepulti essent: at vero dolendum, quod multi adhuc hodie, qui a vera & morali castitatis idea discedunt, non meliorem cantilenam, si non pejorem cantent. conf. Excell. Gundlingii diff. Quod major a feminis, quam viris requiratur castitas §. 3. nec non D. Ursini diff. de Quatu Meretricio §. 38. seqq. ed. Francof. 1682.

(26) Cel. Griebner Jurispr. Nat. L. 1. c. 8. §. 7. n. 2.

(27) Id quod Ill. Thomasius quoque J. J. D. I. 1. c. 2. §. 144. olim asseruit, eas scil. libidines, quae propagationem sobolis non pro fine haberent, in universum J. N. non esse prohibitas. At enim vero repudium iterum misit huic hypothese in posterioribus suis cogitationibus, quas in Grund. Lehren des N. und B. N. 1, 3. c. 2. §. 19. seqq. exposuit, ubi ea, quae l. c. de

quod ea conjunctio, quae non propagandae sobolis gratia suscipitur, non pro societate conjugali, sed mere actu scortationis, sit agnoscenda, ex ea scilicet ratione, quia ejusmodi furfuris conjuges commune cum scortatoribus habeant votum, communemque cantilentiam; quid obstat, quo minus hisce conjugibus commune votum cum scortatoribus habentibus eadem praedicata injungamus: ubi eadem ratio, ibi eadem legis dispositio, & talia sint praedicata, qualia permittuntur a subjectis suis esse.

§. XXI.

Hisce pensitatis illico liquet, quod fines conjugii ab eo, qui in scortationis crimen incidere declinat, probe pensitandi veniant. Conspiciuntur in conjugio tria, *Φυσικόν τι, ἔθικόν τι, θεολογικόν τι*, primam spectat ad conjunctionem maris & feminae, alterum intendit mutuam adjutorium, vi cujus conjuges mutuis precibus operisque dies pie & jucunde traducere adnituntur, tertium pro fine habet sobolis procreationem in Dei honorem & regni divini amplificationem, utpote quod ultimum facit, ut matrimonium sanctum adpellitemus, quia homines in conjugio caste viventes Deum venerari prolemque pie susceptam in gloriam Dei educare debent. Ex eo itaque liquet, quod Deus ma-

trimo-

de libidinis moralitate fuerant proposita, penitus mutanda esse declarat. jung. B. Titii diss. de Polygamia, Incestu & Divortio J. N. prohibitis in Prooemio §. 8. conf. c. 3. caus. 34. q. 2. ubi Papa ait: qui praeter causam procreandi sibi miscentur, etsi pravi mores ad talem concubitum impellant, nuptiae tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt: quasi vero honor matrimonii tantus esset, ut id, quod per se illicitum, legitimum possit.

trimonium arbitrio hominis minime reliquerit, sed certis limitibus circumscripserit, ex quibus colligitur, quod facta in matrimonium consensione homines non ex suo arbitrio, sed proscriptis omnis luxuriae *μὴ ὀδίνουσιν* ex ratione, quam Deus definivit, agere debeant.

s. XXII.

Si vero scaturigines hujusmodi mali, quo conjuges conjugii honestatem tam foede obfuscare non erubescunt, iusta paulisper meditatione persequamur, videre licet, quod ingens mortalium pars castitatis conjugalis ideam, quae amores & voluptates venereas moderatur, suo ignoret vitio, quodque hanc noxiam foveat (28) philosophiam, quasi conjugii usus ideo ordinatus esset, ut molestias hujus vitae quocumque modo edulcorare possent. Temere profecto autumant, quod pertineat ad principia licentiae, si cum Tullia malint diem absque solis luce, quam noctem absque veneris usu, symboli quasi loco utuntur. Quando lubet, tunc etiam licet, privilegiatam ipsis in conjugio  
E  
datam

- (28) Ita testatur G. Arnold K. und K. Historie T. H. L. 16. c. 4. S. 24. quod Theologus quidam insignis ad Lutherum scripsisset: Es ist bey uns Deutschen dahin gekommen, daß viele Leute seyn, die unter dem Ehestand schier nichts anders suchen, als lauter weltliche und fleischliche Wohlust: Ja wenn fleischliche Wohlust thäte, fände man viel Leute, die sich in Ehestand nimmermehr begeben würden, cui adstipulatur Porcius in Conc. von der Unkeuschheit p. 24. Es ist leyder unter denen Christen grand mode worden, daß viele um Unzucht willen alleine in Ehestand treten, und darinne bey einander auf eine solche Weise wohnen, daß sie die Empfancknis der Frucht verhindern und nur ihre Viehische Luste erfüllen.

dátam esse arbitrantur venerem, jus conjugii omnia obfuscare vitia, sibi temere persuadent. Quid? quod multi, quibus tamen non est sanum caput sed cucurbitae synciput, allegant Scripturae divinissimae loca (29), quibus licentiam voluptatis suae vindicare satagunt. At enim vero quod hae allegationes non melioris commatis, ac Diaboli, qui in Evangelio Pl. 91. allegat, norunt, qui norunt.

### §. XXIII,

At enim vero quod hujus commatis homines ingenti praejudicio laborent, res est liquidissima. Si solliciti essent, ut in vera pietate ambularent, fines a Deo praescriptos majori sollicitudine rimarentur. Qui in carne vivunt, Deo sunt abominabiles, ait Gentium Doctor Paullus, profecto conjuges hujusmodi furfuris in carne dies suos maximopere traducunt, hinc quoque Deo castissimo Spiritui sunt abominabiles, utpote qui praescripta ejus negligunt, nec juxta normam divinae institutionis gressus suos regulant. O utinam perpenderent ejusmodi voluptuosi conjuges, quod castitas sit requisitum conjugii in gradu superlativo; O utinam omnem *ἀσέλγειαν* (30) ad Indos Garamantasque relegarent, & prope probeque pensitarent, quod per legem naturalem neutquam sit licitum, ut homo per

vagos

(29) v. g. Prov. V. com. 18. 19. vid. D. Godofr. Vogleri Corpus Juris biblicum p. 271.

(30) Ita Paulus Rom. XIII. com. 13. vitium hocce adpellitat. Selgi vero erant Laconum coloni sobrii & temperantissimi; his contrarii coeperunt dici *ἀσέλγεις*, quasi ad Rempubl. Selgortum minime idonei. Inde *ἀσέλγεια* vitium temperantiae oppositum, proterva libido, lascivia.

vagos & lege solutos concubitus genus situm propaget, sed ut tum intentioni creatoris tum ipsius hominis dignitati convenienter ex pudica conjugē, quam in arctissimam recepit societatem, dulcissima thalami pignora suscipiat. Notanter eapropter dicit Xistus [31]: in aliena uxore omnis amor turpis, in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare conjugem non adfectu, reget impetus voluptatis, nec praeceps feretur in coitum. Nihil est foedius, quam uxorem amare quasi adulteram, & Lactantius eleganter acclamat, Deus nobis dedit oculos, non ut spectemus ac voluptatem capiamus sed ut videamus eos actus, qui spectant ad vitae necessitatem. Ita genitalem corporis partem, quod nomen ipsum docet, nulla alia de causa, quam efficiendae prolis ergo accepimus.

## §. XXIV.

Dantur itaque homines complures, qui vano agitantur praeiudicio, quod in conjugio quaelibet voluptas sit immunis. Dantur adhuc quoque alii, qui quidem philosophiam matrimonialem ex asse norunt, quod scilicet intersit maxime Reipubl., ne quis conjugii libertate contra finem abutatur, quique probe sciunt, quod ii, qui non procreandae sobolis sed explendae solum libidinis causa sibi invicem copulantur, non tam conjuges quam fornicarii videantur [32], & tamen in

E 2

vita

(31) verba haec allegantur in C. origo 32, q. 4. & Dn. Porcius in Conc. von der Unkeuschheit p. 24. ait: Ehe = Leute, die allein um Unzucht willen in Ehestand treten und darinne verharren, leben mitten in der Ehe in beständiger Zureuey und Unzucht, Dn. Gundling diss. Quod major castitas a feminis quam viris requiratur §. IV.

(32) uti Glossa philosophatur ad C. pudor est q. 2.

vita practica & conjugio contra scientiam & conscientiam aliter gressus suos dirigunt, pravaque voluntatis inclinatione ducti, faciunt, quod caro exigit, parum reputantes, quod ad gehennam aedificet, qui contra scientiam, contra veritatem agit [33]. Rationis luce obfuscata, non erubescunt proclamare,

Ede, bibe, lude cum uxore, quamdiu lubet,

Post mortem nulla voluptas;

utendum uxore, quamdiu possumus:

Ut simul ac venas inflarit tetra libido

Permolare uxores cur non licitum? [34]

flores juventutis sunt degustandi, foeces aetatis Deo deinde tribuamus. Et quod malitia tantas radices in multorum cordibus egerit, testatur quoque Hl. Thomasius (35), qui *ἰμφορτικὸς* ita enunciato suo haecenus dicta adfirmat: von denen Verheyratheten bezeuget es leyder die Erfahrung / daß viel bestialisches Lieben von ihnen verübet werde / und ein vernünftiger Mann nicht ungegründeten Verdacht überkömmt / daß es zuweilen in einem allgemeinen Huren-Hause nicht so bestialisch / als in Ehe-Betten vernünftig und tugendhaft seyn wollender Menschen herzugucken pfleget.

### §. XXV.

Sed quod ejusmodi homines stultissime agant, ad interitum suum ruant & cerebrum, ut miserima animalcula, non in capite, sed in calcaneo gestent, de hoc nemo

(33) C. literas 13. de Restit. Spoliat.

(34) Hor. Sat. II. v. 33 seqq.

(35) In Ausübung der Sitten-Lehre p. 87. & Excell. Wolff in vernünftigen Gedanken von dem gesellschaftlichen Leben der Menschen c. II. §. 23. & 33.

nemo facile dubitabit, nisi qui ipse in hocce labyrintho aegrotat. Quam multa enim exin incommoda, tanquam ex scaturigine, propullulent, non est, ut multis demonstrem. Castissimum Numen hoc ipso sibi reddunt iratum, sanitatis suae fulcimentum destrunt; & injurii fiunt in Rempubl., dum non alios generare cupiunt, socialitatemque adaugere negligunt. Cantilena horum balatronum est detestanda, quando exclamant: Aniamus πολυγαμίαν και ὀλιγοτεκνίαν, viel Weiber / wenig oder gar keine Kinder. Quod vero Megalander noster pientissimus eandem cecinisset cantilenam, prout Papicolae fabulantur, hoc quidem est ingens calumnia, & inter non entia referendum. Commemoratur Autor Anonymus Itinerarii Curiosi per universam Italiam (36): man findet in der Vaticanischen Bibliothec zu Rom eine in hochteutscher Sprache geschriebene Bibel / wovon man fälschlich vorgiebt / dass sie Lutherus mit eigener Hand geschrieben / hinten an derselben stehet ein Gebet / wodurch sie beweisen wollen / wie Lutherus ein gottloser Mönch gewesen / es lautet also:

O! Gott durch deine Güte /  
 Bescher uns Kleider und Hüte /  
 Auch Mäntel und Röcke /  
 Fette Kälber und Böcke /  
 Ochsen / Schaaf und Kinder /  
 Viel Weiber und wenig Kinder /  
 Durch Jesum Christum / Amen.

Sed, uti jam monui, putidis Papaeorum fabulis, haec

E 3

recen-

(36) in Epist. 15. p. 323. quod anno 1701. publicae expositum est luci zu Freyburg typis Joh. Georg. Lehmanns.

recensio est adnumeranda & detestanda calumniis, quibus virum pientissimum ex odio plus quam Vatiniano consueverunt onerare: verba enim ejusmodi spiritum, quo fortis fuit Lutherus, nequaquam sapiunt, & est ingens calumnia, scripta factaque Lutheri aliud monstrant, & quanto cum zelo pudicitiam ubique injunxerit, vel ex seqq. verbis (37) conspici licet, in quibus diversos conjugum adpetentium fines in medium profert. Conjuges, ait, qui contrahunt, diversos fines, sed raro *prolem* spectant. Primus gradus est eorum, qui *prolem* quaerunt, & hoc vitae genus ideo adpetunt, ut fiant parentes. Hi quidem *Angeli* sunt, collati cum reliquis, cupiunt enim conjugio uti ad generationem, & eorum exiguus est numerus. Secundus gradus eorum est, qui uxores ducunt vitandae fornicationis gratia, non averfantur aut oderunt prolem, sed principalis eorum finis est, ut pudice vivant. Tertius gradus est eorum, qui adpetunt uxores tantum voluptatis causa, quibus non est curae proles, sed ut molliter & suaviter vivant, & pulchram habeant puellam, qua se oblectent. Quartus gradus eorum est, qui ducunt vetulas & dominas propter opes & gloriam, illis det Deus calicem passionis, uti Bernhardus loquitur. Hucusque Lutherus. Transeat ergo ad malam rem, qui Luthero vitium impudicitiae sine ulla pudicitia imputat, verba haecce allata omnem dissipant calumniam, & liquido monstrant, quam

Virtutis verae custos rigidusque satelles  
Megalander noster fuerit.

§. XXVI.

(37) in Comment. ad Genes. 24. T. X. Altenb. p. 697.



## §. XXVI.

Veluti autem ex malo fonte pessimi promanant rivuli; ita ex hac falsa hypothese tanquam ex pyxide Pandoraë, quando conjuges putant, quod in conjugio ipsis omnia ad lactandam carnem liceant, pessima promanant confectaria. Qui enim immoderate contraque conjugii finem veneris usu fruuntur, hanc fovent opinionem, quod jure suo utantur, & cum quilibet re sua pro lubitu uti & abuti possit, autumant temere, quod hicce quoque eadem facultate gaudeant.

## §. XXVII.

Hinc, quando lubet, licet, cantilena est eorum quotidiana, nullumque tempus finem ordinemque reputantes, veluti pecora campi Tob. VI. v. 18. in uxores ruunt, & adeo in se ipsos existunt injurii, ut, omni castitatis lege proscripita, nec sanitatis suae rationem habeant. Sicuti moderata, legitima justoque (38) tempore suscepta venus, quibus foedera matrimonii Veneris decerpere fructus permittunt, nulli culpae est obnoxia, cum ipsius Dei providentissimum sit institutum, sed maxime laudabilis & proficua, adeo ut multoties sanitatis tuendae ingeniive causa suadenda sit, prout

(38) Tempus teste D. Petri diff. de Steril. Mulier. matutinum peracta digestionem & concoctionem alimentorum commodissimum ad venerem statuendum cum illo, qui interrogatus, cur *operarii plerumque plures profeminarent liberos?* resp. illos diurnis laboribus fatigatos simul, ac lectum ingredientur, statim obrui somno, divites autem luxu fluentes venerem exercere cibis adhuc repletos & propterea tam foecundos non esse, quamvis Leonh. Fuchs Comp. Art. Med. horam ad procreandam sobolem aptiorem censeat post cibum ante somnum, quod femina dormiens genituram melius retineat. j. D. Mulleri diff. de Jure Praegnantium c. II, th. 4.

prout Medicorum schola (39) testatur, & Michael de Montagne Consul Burgedalensis (40) exemplo suo comprobatur, qui saepiuscule dicere consuevit: se optime rationari, cum in thoro dormivisset, et rasonire niemahls besser / als wenn er bey der Frau geschlafen / uti Gel. Lexicon exprimit: ita e contra, nam

**Zwey**

(39) B. Wedelius in diss. de Dieta Literatorum Sect. IV. c. 3. ubi simul adducit, quod Campanella conjugatis semel in hebdomade concedat, qui tamen juxta Wedelianam sententiam justo liberalior esse videtur. Ex hisce interim adparet, quod Casimirus, ut refert Cornelius a lapide ad Apoc. p. 68. male fecerit, quod conjugium non arripuerit, per quod sanitatem recuperare juxta consilium Medicorum potuisset, hoc E. anagramma ei dederunt, Casimirus, quasi cadis mirus, qui virginitatis victima occumbis:

Sponte cadis, sed amore cadis, Casimire, pudoris,  
Mirus, te Christo mirificante, cadis.

Sic Michael Verinius quoque filius Hugoloni τῆς ἀγαυίας Patronus sec. 16. male fecit, quod anno aetatis suae 17. mortuus, quia matrimonio jungi noluit. Politiani in eum verius sunt:

Sola Venus poterat lento succurrere morbo,  
Ne se pollueret, maluit ipse mori.

Hisce pensitatis non universaliter adprobandum, quod Pythagoras dixisse fertur, Quando est concumbendum quaerit, & respondet, si te ipso infirmior esse velis.

(40) conf. M. Schroeteri diss. de Misogynia Eruditorum §. 8. ubi adducitur, quod res uxoria Tiraquello viro Polygrapho ad turbandas meditationes nihil noxae attulerit, uti vel exinde colligendum esset, quia legitur, Tiraquellus gab alle Jahr ein Buch und ein Kind heraus, & Agrippa in diss. de Sac. Matrim. inquit: Magnam profecto ad moralem philosophiam matrimonium praebet exercitationem.

**Zwey W. sind das Wohl / und auch das Weh  
der Leiber /  
Demnach man sie gebraucht / ich meyne Wein  
und Weiber.**

nimia & immoderate exercita Venus nimium quantum vires hominum debilitat, depauperat vires roburque corporis dissolvit, posteaquam sanguinem spiritualescentia orbat, & subtracto sic sero roscido spirituofo, quo semen constat, necesse est, ut suo robore membra priventur, animique lumen imminuatur (41). Enim vero si nimia Venus quadragies plus exhaurit spiritus, quam detractio sanguinis, cum centum guttae sanguinis unam guttam seminis juxta Stagiritae, reverendissimi naturae Mystae, effatum, vix aequent; quid jam mirum, si multi, qui solutis temperantiae repagulis nimium litant Veneri, in syncopen cadant, apoplectici ex ipso thoro protrahantur, citiusque extremam humanarum rerum lineam attingant? neque novi est quidquam, aliquos in ipso Veneris opere exspirasse, siquidem Plinius (42) refert, quod Cornelius Balbus Praetorius & Q. Herturius, Equit. Romani, in venere obierint. Cel. Philander von der Linde (43) adducit Henrici IV. Gall. Regis pellicem, quae visu ex immoderato Veneris usu orbata fuit, cui sequens ponit epicedium:

Cum longas noctes Moreta ab amore roget,  
Favit amor votis perpetuasque dedit.

F

More-

(41) vid. Cel. D. Frid. Hoffmanni diss. de Diaetica Scripturae S. medicina §. 27. & D. Jessen diss. de Philallilia Connubiali c. 3. Ej. diss. de Methodo vitam longam acquirendi ejusque causis §. 21.

(42) l. VII. c. 53. cujus rei etiam meminisse Valerium testatur Tiraquellus L. XV. Connub. §. 23. seqq.

(43) in Poemat. Jocofer. p. 201.

Moreta wolte nur von langen Nächten wissen/  
 Wenn sich ihr geiler Mund den König ließe küssen.  
 Nunmehr überzieht sie eine stete Nacht/  
 Da ihr der Liebe Bluth die Augen blind gemacht.

Huc referri quoque meretur inscriptio sepulchralis,  
 virginis cujusdam Atheniensis, quae prima nuptiarum  
 nocte propter nimium & immoderatum Veneris usum  
 extincta est.

F. J. dicat.

Cineres & ossa Laodiceae

Philocaptae hic sita sunt,

Perpetuae memoriae facti.

& infamiae causa:

Quae insatiabili Venere exhausta

Subter vivo viro mortua est

Vix anno XXIII. Mens. VIII. D. IV.

Infelicissimi Parentes factitio nomine

Extra sortem ad rudera posuere,

O Varaginem exurentem!

Addo adhuc exemplum, quod Excell. Dn. Menckenius  
 (44) communicat, nimirum de Jo. Manardo, Vladislai  
 Regis Ungariae Proto-Medico, qui ex intemperantis  
 Veneris usu sibi mortem acceleravit, quamvis, nescio  
 quis, Circulator Astrosophus severe hortatus esset bo-  
 num virum, ut sedulo sibi a fovea caveret lapsuque,  
 quo illud Poetae pertinet:

In fovea qui te periturum dixit Aruspex,

Non est mentitus, conjugis illa fuit.

Omnibus itaque in rebus modus est pulcherrima virtus!  
 Quae cum ita sint, hinc cauti conjuges si non hone-  
 statis

(44) in Charlataneria Eruditorum p. 166.

statis, vel tantummodo sanitatis intuitu, quae omnium rerum terrenarum pretium excedit, γαρμμοιχίας crimen angue & cane pejus fugere deberent, sobrieque reputare, prudentia congressus moderandos esse, eoque respiciendum, ne vires detrimentum capiant, ne forma externa patiatur jaeturam, ne canities colorisque deformitas accedat, quae vulgo Veneris nimiae sunt pedissequae; melius enim est, juxta sacratissimi Justiniani (45) monitum, coarctare calores, ne cupidini dediti tristem sentiant exitum, & melius est in tempore sibi prospicere, quam post vulneratam causam remedium quaerere (46).

§. XXIX.

Succedit jam quaestio, num scilicet maritus sine metu scortationis cum uxore sua gravida ante depositum partum concumbere possit? Si breviter huc animi nostri sensa aperire licitum, consultius putamus, ut maritus abstineat ab ejusmodi concubitu, praepri-  
mis quando uxor jam vicina partui, experientia enim testatur, quod concubitus ejusmodi plerumque non careat periculo, cum saepiuscule abortus eo ipso promoveatur, aut Epicyema, aut mola (47) oriatur. Apud Essenos, quæ certa inter Judaeos secta fuit, nemo cum uxore praegnan-  
te concumbebat, teste Josepho L. II. Bell. Judaic. c. 7. quo innuere volebant, se nuptias non volupratis, sed liberorum causa inivisse. Sic deprehendimus quoque singularem Romanorum inter conjuges

F 2

pudi-

(45) l ult. §. 5. C. de bon. quae lib. jung. philosophissimi Rudigeri Instit. Erudit. L. II. P. 3. S. 2. c. 2. c. a & c.

(46) l. f. C. de Curat. Furios.

(47) vid. D. Cunradt Diss. de Mola vulgo Wehn-Kalb it. Mutter-Gewächs §. 13. p. 13.

pudicitiam, quod scil. abstinerint a concubitu, si com-  
 perti fuerunt, ex concubitu uxorem jam concepisse.  
 Ita Augustinus l. 3. contra Julianum scribit: pudicitia  
 conjugalis facit, quod praescribunt tabulae matrimo-  
 niales, ne ultra, quam generandis filiis satis est, con-  
 jugis corpus atrectetur. Hinc quoque in c. 32. q. 4.  
 dicitur, postquam venter uxoris intumuerit, ne perdant  
 filios: nam, ut ibi glossa dicit, perit partus ex frequen-  
 ti concussione, & ideo videmus publicas meretrices  
 rarerer concipere, & qui dicunt, se Reipubl. & gene-  
 ris humani ergo uxoribus conjugi, imitentur saltem  
 pecudes: pecora cum conceperunt, ultra non indul-  
 gent maribus copiam sui (48), hinc

Sumite

(48) juxta C. non solum 32. q. 9. ex quo adjudicari potest, quid  
 de Populia sentiendum, quae, miranti, quid esset, quapro-  
 pter mulieres marem semper desiderarent, aliae bestiae autem  
 non nisi cum praegnantem fieri vellent, respondet: bestiae e-  
 nim sunt. Quod vero feminae bestiis incontinentiores in-  
 veniantur, adeo, ut nemo illas injuria adficiat, si quis inter  
 entia insatiabilia ejusmodi feminas connumeret, evincit sapi-  
 entissimus, quos unquam terra tulit, Salomon Proverb. XXX.  
 com. 16. & Italus, Antonius Cordus Urceus, comprobatur, ut-  
 pote qui hujus commatis uxores satyrice satis ita depingit,  
 inquit: nostrae feminae similes sunt nonnullis sacerdotibus;  
 sacerdotes enim nostri in Italia semper illas in ore preces ha-  
 bent, da, quaesumus, praesta, quaesumus, concede, quaesu-  
 mus? sic & nostrae feminae maritis orantibus: dimitte nobis  
 debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, in-  
 stant & inelamant: da debitum, praesta debitum, quod debi-  
 tum redde decies, redde centies, nihil reddisti, nihil egisti,  
 ad initium semper redeundum est. Vah! quae Charybdis tam  
 vorax, ut mulier. vid. D. Hoffmanni Tr. de die & nocte nuptial.  
 c. 3. §. 5.

Sumite in exemplum pecudes ratione carentes,  
Turpe erit, ingenium cultius esse feris.

Si vero adhuc in illiquido uxoris impraegnatio est, quod ante dimidium tempus vix licet cognoscere, locum adhuc obtinebit confectarium: fac ea, quae necessario finem promovent, & omitte ea, quae eum necessario turbant (49).

### §. XXIX.

Quid autem statuendum, si uxor aegra vel menstruo fluxu laboret, num tum maritus conjugalem amicitiam licite ab uxore exigere potest? R. quoad prius neutiquam, cum enim omnia *κατὰ τὰξιν καὶ ὀυχημότως* agi debeant, merito maritus hicce stimulos suos coercere debet: officium siquidem humanitatis exoptulat, ut congressum eum uxore valetudinaria proscribat, quia toleratio voluptatis ipsi non tam nocet (50), quam si sanitatis recuperationem hoc ipso uxoris impediatur. Hinc Wedelius, magnus ille Machaon, ita edisserit (51): Venus in gravioribus morbis nunquam locum invenit, siquidem haec majorem adferret jacturam spirituum, nervorum atque virium. Quod alterum concernit, ne tempore menstrui fluxus eam attingat, & hoc castitatis ratio exigere videtur, uti Philo Judaeus p. 781. id ipsum evincit: menstruorum fluxus tempore, ait, maritus absteineat a coitu, nec committat, ut foetus minus absoluti propter intempestivam voluptatem in lucem veniant. Id enim per-

F 3

inde

(49) conf. Wedelius in Diss. de Notis Gravidarum, ubi egregie plane Lectori communicantur. j. Ill. Stahl's diff. de Affectibus Gravidarum. & Wolff in vernünftigen Gedanken von dem Gesellschaftlichen Leben der Menschen c. II. §. 27.

(50) vid. acutissimi Rudigeri Philos. Synth. L. II. P. 3. S. 2. c. 5.

(51) in Diss. de Officio Egrotantium Sect. II. §. 21.

inde fuerit, ac si ebrius & insanus agricola in paludes torrentesve, non in arva sementem faceret. Quamvis autem christiani ad LL. Leviticis non adstricti sint, morale tamen, quod ibidem latet, christianum & pi-um esse ducimus: quando enim Deus Lev. XX. prohibet accedere menstruatam, notat simul, castitatem observandam esse in conjugio (52). Abstineat E. maritus hocce tempore, simulque adhuc perpendat, quod ejusmodi liberi, qui hoc tempore concepti, deformes & impuratum pleni nascantur, dum non raro leprae & scabiei culpa parentum obnoxii redduntur, posteaquam partus semper conditionem ventris, ut praxi Justiniana me hic explicem, sequatur.

### §. XXX.

Cum itaque utroque oculo in conjunctionibus non solum quid liceat, sed quid honestum quoque sit, (53), spectandum, jam castitas conjugalis exigere quoque videtur, ut maritus tempore publicarum precum a debito Evnoeae abstineat; est enim tempus amplexandi, est tempus abstinendi ab complexibus:

Casta

- (52) conf. Bruckneri Decis. Matrim. §. 62. in Prooem. & quae hic dicta sunt, veniunt quoque dicenda circa puerperii tempus, quia & hic temporis ratio habenda. Hinc Carpzojus, Jeremias ille Lipsiensis, in Conc. Funobr. Vol. III. p. 374. emphatica in contrasfacientes profert verba; quando l. c. exclamat: manche geile Schand. Böcke brauchen ihre Weiber wie die Huren, und lassen ihnen auch keine Ruhe im Wochen-Bette, die ihnen doch der Herr in seinem Befehl geordnet, also, daß manches Weib aus ihrem Wochen-Bette wieder schwanger zur Kirchen gehet. vid. tamen D. Wedelii Diss. de Regimine puerperarum §. 18. & in Theorem. P. IV. §. 1 seqq.
- (53) Uti Paullus & Modestinus admonent l. 197. ff. de R. J. nec non l. 4. §. 2. l. 42. ff. de R. N. & Paullus 1 Cor. VI. v. 22,



Casti placent superis, pura cum veste venite,  
 Et manibus puris sumite fontis aquam;  
 jam olim Poeta admonuit. Ipse Apostolus (54) quo-  
 que statis ac solemnibus precum diebus ab actu conju-  
 gali mutuo consensu abstineri jubet, quo animi ad ma-  
 jorem orandi fervorem excitentur. Sic Israelitae an-  
 te solemnem legis promulgationem per biduum ab am-  
 plexu conjugali cohibebantur (55). Unde pie quoque  
 Augustinus admonet: quotiescunque aut dies natalis  
 domini aut reliquae festivitates adveniunt, sicut fre-  
 quenter admonui, a propriis etiam uxoribus abstine-  
 te. Cui consonant, quae per illustres L. B. de Lyncker  
 (56) suadet, ut scilicet ad S. coenam accessurus per ali-  
 quot dies ante communionem a propria uxore absti-  
 neat; sic porro Judaei a conjugibus abstinebant tem-  
 pore luctus, & statis aliis temporibus, ut eo alacriores  
 ad preces ad Deum fundendas invenirentur; & Excell.  
 Boehmerus (57) testatur, quod homines amplexu fe-  
 minarum polluti nec lustrati a templis remoti fuerint:  
 mos frequens, ait, & legis instar gentilibus fuit, vi cu-  
 jus homines amplexu feminae polluti & nondum lu-  
 strati a templorum aditu repellebantur. Cum E. gen-  
 tiles decorum illud in conjugio observandum observa-  
 runt, multo magis Christiani illud observare debent,  
 nam-

(54) Paullus I Cor. VII. com. 5.

(55) Exod. XIX, 15. I Sam. XXI.

(56) in diss. de eo, quod circa sacram coenam justum est, circa  
 finem c. 2. caus. 33. q. 5.

(57) in diss. de Potestate Civili in templa c. 1. S. 1. §. 2. jung. Cel.  
 Wildvogelii diss. de eo, quod justum est circa festum nativi-  
 tatis Christi §. 9. c. 2. Hildebrand. Tr. de Nuptiis vet. christian.

namque (58) quae facta laedunt pietatem, existimationem, verecundiam, & ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est.

§. XXXI.

Nunc lampada trado alii visioni consanguineae, plus difficultatis forte in recessu habenti, quam prima fronte adparet: annè ob paupertatem vel ob partum periculosum & monstrosum (59), quem antecedentis  
partus

(58) l. 15. ff. de Condit. c. 21. de Consecr. dist. 2, c. 1. & 7. Cauf. 32. q. 4. c. 6. Dist. 76.

(59) Quod monstra liberorum nomine haut veniant, cautum est l. 14. ff. de Stat. Hom., si scilicet ejusmodi adjectitiae qualitatis sint, ut membro hominis nobiliori i. e. capite humano non sint praedita l. 17. C. de Poen., licet quoad alia membra videantur canibus similia, aut habeant pedes caprinos, conf. Perillustris L. B. de Lyncker diss. de Baptismo c. 1, §. 4. Num vero indicium mali omnis exin colligi possit, si partus monstrosus vel biceps nascatur, prout equidem Dn. M. Fladerus in seinem Wiessenthalischen Ehren-Gedächtniß P. II. c. XIII. §. 7. innuere videtur, ubi ita disserit: Anno 1691. wurde allhier eine Geburt gesehen, welche 2. Köpfe hatte: viele hatten die Vermuthung, es würde was sonderliches bedeuten, welches denn nicht vergeblich gewesen, indem sich die folgende Jahre die Eheurung hiesiges Orts mehr und mehr eingeschlichen, daß auch zuletzt ein Strich Korn auf 5. Rthlr. gekommen ist: hoc equidem juxta physicae divinae principia altioris adhuc videtur esse indaginis, nullusque forte nexum hujus sequelae, quod tamen pace viri admodum reverendi praeclarissimique dixerim, tam facile concipiet, nisi qui filius Oedipi (qui forte harolatur, quod bifrons, cum duplici gaudeat stomacho, duplicem quoque cibi portionem requirat; adoptitius audit, posteaquam hususque consequens illud

partus periculo uxor metuit, licitum sit impedire conceptionem? Quod prius concernit, cum id diffidentiam in Deum, qua ipsi laus providentiae paternae derogatur, sapit, paupertas tale privilegium nunquam suppeditare poterit, etsi Aristoteles quidem id impio ausu suadere non erubescit, quia id ipsum regulis pietatis plane contrarium: perpendant conjuges, quae Megalander noster solatia ipsis communicet, quando ait: viel Kinder (60) / viel Pater noster, wir alten Mar-

G ren

lud laudatum tam consonans videtur atque congruum, ac quando dicerem, baculus stat in angulo, E. pluet & nix sequetur. Quod autem ex partu monitroso nulla sit metuenda fatalitas, vel ex eo colligere licet, quia huius commatis partus plerumque casu quodam antecedente nascantur, prout ejusmodi exempla, ubi soboles monstrosa sine ullo subsequente calamitatis metu edita, nobis communicant, Francisci Schaubühne P. I. Zachias in Quaest. Med. Leg. L. 7. Tit. I. q. 5. n. 1. & B. Lehmannus, Past. Scheibenb. in Hist. Schau-Platz der rer nat. Merckwürdigkeiten in Meiß. Ober. Erzgebürge P. XV, C. 6. p. 725. seqq.

- (60) Si instituti ratio posceret, hinc de praemiis polypaediae quaedam annectere possem. At enim vero cum de hac materia D. Petrus Schulze & Jo. Georgius Fichtnerus integras dissertationes ediderint, ubi hanc materiam ex assè excusserunt, L. B. brevitatis studiosus eo remittam. jung, Excell. D. Dondorfii diss. ubi legem Hiddae de sacco sine sutura von Beutel ohne Nath explicuit §. 3. & Dn. M. Gumprechti Schediasma de πολυτεκνία Eruditorum. Id tantummodo addam, quod praemia πολυπαδείας adhuc hodie vigeant, prout mihi exemplum notum, quod in ipsis rerum argumentis extitit. Cum sc. curvaredificentius Coelestinus, Caepollam in cautelis redivivum repraesentasset, praxi sua privatus nullum medium recuperandae praecox invenire poterat. En autem uxor per-

ren essen mit denen Kindern/ sie nicht mit uns/ ipsi domini, nos procuratores, giebt Gott den Hasen/ so giebt er auch Wiesen und Rasen; ne in classem eorum sint referendi, de quibus itidem Lutherus ait: an dem Vieh haben sie die Fruchtbarkeit gerne; alleine wenn die Weiber fruchtbar seyn / halten sie es vor keinen Segen/ quod ex eo fit, quod pauci fidunt Deo, quod sobolem alere velit. Olim sterilitas dedecori erat, nunc autem ordo est inversus, ubi plurimi sterile, quam foecundum exoptant conjugium. Quod alterum problema attinet, num sc. permissum sit praegnantibus, ut vitae conservandae, ejiciendo per medicamenta foetu, studeant, nec id ullo casu licitum esse poterit, quamvis Ant. Matthaei & Joh. Angelus Bossius [61] id centies adfirmant, quia & hoc diffidentiam in Deum arguit, qui infirmas ita viribus refocillare valet (62), ut cum mulieribus Illyricis [63] non peperisse sed partum

inve-  
peropportune ipsi recuperationem praeseos procurabat, cum ter geminis editis (vulvae enim mulierum totidem receptacula habere possunt l. 36. ff. de Sol. & Lib.) principalem clementiam adiret & submisse supplicaret, ut princeps marito suo intuitu ter Geminorum praesens iterum concederet, principalis clementia favorabilem polypaediae causam reputans supplicationi uxoris annuit, praesens inque marito ejus clementer iterum concessit. conf. D. Hertlingii diff. de Jure Ventris, vulgo *Häufigen im Keller*.

- (61) in diff. de Effect. Contr. Matr. c. 9. conf. tamen B. Bohnii diff. de Abortu Salubri.  
 (62) vid. Cel. Stahl's diff. de Gravidarum Affectibus, nec non Diff. de Puerperarum Affectibus. D. Christ. Jo. Langii Diff. de Valetudin. Gravidarum.  
 (63) juxta testimonium l. 12. §. 1. ff. Qui potior in pignore. j. Alberti f. N. orth, c. 3. §. 18.

invenisse, videri possint. Perpendat modo ejusmodi uxor, quod post Evae pomum communis mulierum fortuna, ut in dolore parturiant, quodque mulier onerosa ante partum, dolerosa in partu, & laboriosa post partum (64) jamjam vivere debeat, dum concipere & partum tueri quovis modo, ut abortus evitetur, proprium est uxorum. Perpendat uxor, quod, si abortum procuret, a poena non sit liberanda, lex Pompeja de Parricidio gravissimam imponit poenam [65], nec attendit, an mater poculum abortionis sumserit, an aliis modis partum in utero interemerit causamque abortui dederit, veluti si vim propriis visceribus intulerit, uterum manibus comprimendo, fortiter cingendo & sese in terram projiciendo. Tenetur vero quoque ipse parens abigens partum, veluti si jubeat foetum abigere, abortionis poculum praeparando ipsique praebendo, hinc sancit l. 38. §. 5. ff. de Poen. quod illi, qui abortionis aut amatorium poculum dent, si eo homo aut mulier (66) perierit, summo supplicio adfici deberent.

## G 2

## §. XXXII.

(64) C. ex litteris X. de Convers. & l. 14 ff. de Aedil. Edict.

(65) l. un. C. de his qui par. l. liber. occid. l. 9. pr. ff. ad L. Pompej. de Parricid. Const. Crim. art. 131. Const. El. Sax. 3. P. 4. ibique Carpzov.

(66) Cujacius cum Platone & Aristotele, qui antea id asseruerunt, occasione hujus legis & c. 13. caus. 33. q. 5 asserere non erubescit, *¶ Cto ut ¶ Cto feminam non esse proprie hominem*, quia lege citata mulier homini opponeretur; sed salva res est, non opus est hic ulla refutatione, cum hicce amatorium poculum ad hominem, quod utrique sexui propinari potest, abortionis vero poculum ad feminam solum, cum viro illud propinari nequit, referendum. vid. D. Hoeltich. diss. *Femina non est homo*,

## §. XXXII.

Adjicere hic placet adhuc quaestionem tam a Civilistis quam a Canonistis agitatam. An nimirum conjuges in honorem benedictionis & copulae sacerdotalis, quae ad imitationem coelestis pronuntiatae benedictionis in Paradiso introducta prima nuptiarum nocte, ne *γαμοπορχείαν* incurrant, abstinere debeant? Quod sponsi in veteri ecclesia in honorem benedictionis nocte prima ab actu conjugali abstinerint, imo per biduum & triduum vacaverint precibus, exemplo forsan junioris Tobiae [67] ducti, testatur D. Hildebrandus (68), & de Armeniis refert Olearius (69), eos tribus prioribus noctibus concubitu abstinere, quod tamen ab Armeniis, in Polonia degentibus, non ita praecise observari scribit. Si jam dicendum, quid hodie obtineat, videtur secta temporum nostrorum hanc abstinentiam respuere, cum multis potius concubitus anticipatus, quam legitimo copulae circum-

scri-  
mo, vulgo ob die Weiber Menschen seyn oder nicht, ed. Witteb. 1688. nec non diss. Anonymi, qui Valens Acidalius Med. Doct. in Silesia fuit, Quod mulier non sit homo, utpote cui se opposuit D. Simon Gediccus Past. Eccles. Magdeb. in Defensione Sexus Muliebris, ed. Halae Sax. 1590., ubi Acidalii quinquaginta argumenta, quod Mulier non sit homo, solide refutavit. conf. Scherzeri System. Theol. p. 260. & virginis Rosinae Doroth. Schillingiae deductio: daß das Weib auch ein wahrer Mensch ed. 1697.

(67) Tob. VIII. com. 4. j. c. 1. cauf. 30. qu. 5. uti Leo Nov. XCVIII, divinat.

(68) de Nupt. Vet. Christian. conf. Concil. Carth. 4. Can. 13.

(69) L. 4. c. 4 Itin. Pers.

scriptus tempore (70) arrideat. Verum licet nulla lex adsit, quae hoc in passu conjugibus terminum praescribat, sed cujuslibet prudentiae Gamicae relinquatur, num abstinentiam Tobiae imitari velit: nihilofecius tamen laudabile erit, si pii conjuges beneficium abstinentiae arripiant, ut eo alacrius preces pro felici conjugio ad Deum fundere queant.

### §. XXXIII.

Quando itaque ex haecenus dictis manifesto adparet, quod multifaria methodo *γαμομοιχεία* committi possit; jam adhuc, *ως εν παρόδω*, de scortatione conjugum eminenti, ne plane eam sicco transiisse videamur pede, quaedam attulisse juvabit. Scortationem eminentem esse concubitum, ubi praeter sobolis declinationem contra naturam conjugii libertate conjuges (71) abutantur, supra jam monui. Quomodo vero

G 3

haecce

(70) conf. B. Hornii Additam. ad Schilteri Jus Can. L. II. T. XI. §. 2. P. Mulleri diss. de Hierologia & D. Hoffmannus in Tr. de Die ac Nocte Nuptial. P. 2. c. 1. ed. Regiomonti 1720.

(71) Quod eminent *γαμομοιχεία*, quo & Crimen Onaniticum pertinet, quandoque inter conjuges vigeat, testatur Paullus Rom. I. & Carpzov. Prax. Crimin. P. 2. Q. 46. n. 26. ubi poenam gladii dictitarunt Scabini Lipsi. marito exercenti Venerem per os uxoris, nec non ipsi, uxori maritum admittenti, & ore semen exsugenti, ad requis. Quaest. Dresd. m. Maj. 1561. Sic Schilterus quoque in Prax. J. R. Ex. 49. §. 88. recenset exemplum de organico uxorato, cui ob defraudationem *της γονης*, quam partim in terram projecerat, partim indusio commiserat, promerita poena fuit imposita. Curiosius exemplum ex Salmutho Cel. D. Rudiger in Tr. de S. V. & F. L. III. c. 2. §. 4. profert, quo femina per fellationem a viro inita, in ventriculo infantem concepisset, & per vomitum peperisset, quanta vero fi-

de

haecce scörtatio instituatür, pluribus jam demonstrandum esset. At enim vero praestat hic forte tacere, cum nec proficiat scire (72), prout l. cum Vir nubit 31. C. ad L. Jul. de Adult. canit, ne aures castae scandalum inde sumant. Thalmudistarum vero hypothesis, qua stätuunt, hanc scörtationem licitam, Judaeisque concessum, abuti uxoribus contra naturam, haut secus ac pisces & carnes edi possent seu assatae seu elixae (73), ad aegrae & deperditae mentis somnia merito refero, cum saniora omnino proferrent, si talia dicentes hellebero se prius purgassent.

§. XXXIV.

Posteaquam vero asseruimus, quod omnis concubitus, qui non pio procreandae sobolis animo susceptus est, pro spurio sit agnoscendus, jam quasi in transitu adhuc annotemus, ad quamnam speciem Concupinatus, Mariage de Conscience, nec non matrimonium

des huic assertioni, quod soboles ex tali conceptione nata fuisset, tribuenda sit, res ipsa loquitur, etsi Rudigerus moneat, cave neget plane, quia hoc recenset autor fidei probatae, posteaquam laudata fides probata per physicam facti impossibilitatem ernervatur. vid. Strauchii Diss. de Sodomia rec. Hal. 1722.

(72) conf. Dr. M. Schumanni Diss. de Eruditione noxia §. 21. jung. l. 7. c. de Malefer. & Mathemat. ubi dicitur, culpa est, tam prohibita discere, quam docere.

(73) teste Sprengero Instit. Jur. Publ. L. II. c. 15. & quod aequalem cum Judaeis opinionem habuerit Johannes a Casa, Archiepiscopus Beneventanus, confirmat Carmen ejus de laudibus Sodomiae foedissimum, quod licet extare neget Aegidius Menagius in Anti Bailletto, constat tamen, illud singulari capsula inclusum Bibliothecae Ultrajectinae publice in perpetuam rei inauditae memoriam inseruisse Gisbertum Voetium. vid. ej. Disp. sel. Tom. I. p. 204. seqq.



um ad Thalae, num Scortationis num conjugii sit referendum. Si instituti ratio permetteret, hicce campum differendi amplissimum adhuc invenirem: at vero cum me brevem esse multae rationes jubeant, praetereaque haecce materia ab Illustri Thomasio (74) aliisque jam dudum plenarie excussa, id tantummodo dicam, quod juxta sectam temporum nostrorum, ubi Concubinatus, Matrimonium Conscientiae (75) & matrimonium ad Thalae (76) interdictum, ejusmodi societates utique ad speciem scortationis referendae sint, quia in occulto ob legem prohibentem (77) ineundae & continu-

(74) in Schediasmate de Concubinato, add. Marcus Paulus Antonius de Concubinato, & Gramlichius de illicito concubinato, aliique.

(75) Conf. Dn D. Willenbergii Diss. de Matrimonio Conscientiae oder Gewissens Ehe.

(76) Quod alias quoque matrimonium arbitrarium dici solet, vel ad bene placitum contractum. Salmuth. in resp. Jur. pro matrim. Princ. cum virg. nobil. p. m. 151. in f. & describitur ita, quod sit foedus conjugii cum certa quadam femina initum, vi cujus vir vivit cum ea ut sua uxore, quamdiu ipsi placuerit, postea vero eam dimittere potest. Quid vero de absurdo Jure cunnagii apud Canonicos & Comites Lugdunenses quondam usitato, quod jus laxandae coxae dicebatur, sit habendum, vid. apud B. Hornium ad Schilteri Jus Can. L. II. T. X. §. 10.

(77) Hodie enim copula Sacerdotalis in Matrimoniis christianorum copulam carnalem praecedere debet, virgoque ante talem copulationem arbori vitae in paradyso similis esse debet, in quam nulli serpentes astuti proserpant fructusque decerpant. Hinc qui anticipat copulam carnalem, in poenam incurrit, & cum probabilissimum sit, quod sine voto prolis suscipiendae, ne innotescat, concubitum perpetret, nescio num

tinuandae, & cum per liberorum editionem ejusmodi connubia inclarescerent, ex eo utique adparet, quod votum prolis suscipiendae in ejusmodi conjunctionibus inter non entia sit referendum, & quod parum conscientiae & plus libidinis in hisce conjunctionibus esse soleat.

## §. XXXV.

Demonstravi hucusque, quod multifario modo *γαμομοιχεία* committi possit. Observavi fontes hujus vitii, utpote ex quibus tanquam ex pyxide Pandora haec pestis promanare soleat. Jam erit adhuc dispiciendum, quomodo fontes hujus vitii, si non planetolli, tamen saltem imminui possint. Fontem primum quod concernit, praëjudicium hominum & ignorantiam detestandam, vi cujus omnem in conjugio Venerem ad principia licentiae referunt, temere autumantes, ac si per τὸ non Moechaberis Deus inconjugatos solum obligasset; ut ille auspicato deleatur, maxime conducet, si V. D. Ministri modeste hujus *γαμομοιχείας* deformitatem populo delineent; & cum praecipue hanc noxiam hypothesin plebecula, utpote cui de ignobili ori luto Titan praecordia plerumque finxit, communiter foveat, uti flosculi agrestes, quos subinde canit, indicant: *Es wenn ich Kinder solte kriegen/ wolte ich mein*

num universaliter adprobandum, quae Dn. Bodinus Diss. de Anticipato Concubitu Th. 17. tradit, quod scilicet anticipatus concubitus tanquam facinus leve ante benedictionem sacerdotalem poena coerceri non debeat, etsi ex libidine anticipatus, alias enim, si libido illa deprecanda, Clerici ipsi concumbentes cum propriis uxoribus ad poenitentiam Ecclesiasticam cogendi essent, posteaquam nullus concubitus in statu corrupto sine labe & culpa esse possit.

mein Tag nicht heyrathen / schade vor die Kinder u. f. f. Pastores praecipue pagani & suburbani omnes animi nervos eo intendere debent, ut commoda occasione crebrius hujus γαμομοιχείας ideam & deformitatem pro concione depingant, referant, & ut maxime horrendum, noxium, abominabile & detestandum vitium delineent, utpote quod multis in locis communiter negligi solet. Praeprimis vero eo tempore, quo Neogami & Candidati matrimonialis status se pastori sistunt & indicant nubendi propositum, commode, quasi aliud agendo, deformitatem hujus vitii mascula prudentia detegere potest, quia alias se examini Pastoralis, da sie zuvor bethen gehen müssen / sistere debent; ne paganorum more matrimonium suscipiant, in eoque dies traducant. Dicis vero, haec philosophia vix tuto ex Cathedra proponi potest, quia auditorium est mixtum, ubi juveniles animi interfunt, quibus de thori sacris nihil communicandum; si scapham nominarem scapham, ansa delinquendi vel sola nominatione vitii subministrari posset? R. hic metus est vanus & inanis, & multis rationibus & instantiis enervari & evelli felicissime potest. Hinc bona verba quaeso! Si venerandi justitiae sacerdotes non culpandi sed laudandi sunt, quando justii injustique notitiam profiterentur, dolique mali & boni indolem cum ceteris Evrematicis & Strategematibus (78) investigare & exhibere ad-

H

nitun-

(78) legi hic moretur D. Fried. Gerdesii Schediasma de Evrematicis, vulgo von Juristischen Sündgen. rec. sextum Lips. 1717. conf. Exc. D. Bruckneri Diss. de Strategematibus Advocatorum, vulgo von Advocaten Streichen Jen. 1721. excusa. L. Winteri Diss. de eo quod justum est circa dolum bonum Helmst. 1716.

Celsus

nituntur, eo scilicet sine, non ut homines injuste & injusta agant, sed ut justum ab injusto separare, eo felicius de moralitate actionis judicare, decipulasque malefactorum eludere valeant, nemlich Böses zu verwerfen und Gutes zu erwehlen: Si venerandi naturae Mystae non culpandi sed laudandi sunt, quando noxii & innoxii naturam perscrutantur, aliisque demonstrant, quae herbae priapismum & salacitatem impediunt, quaeque excitent, quae herbae sterilitatem & abortum inducant, quaeque eam pellant, eum sc. in scopum, non ut homo illis malitiose abutatur, sed ut prudenter circa generationem, cibum, potum, oeconomiam & similia versari omniaque noxia vitare possit: Si denique nec Sophi acutiores culpandi sed laudandi sunt, quando (79) Machiavellismum, Achitophellismum, Thra-sonismum, Paedantismum, Schlendrenianismum, Sophismatismum, Charlataneriam, & quae sunt centies centena millia alia, depingunt, atque in apricum producunt, eo scilicet consilio, non ut, talia homines imitentur, sed ut judicare talesque Sophisticas strophas odisse discant: non video, cur publici pietatis Prae-ces, sacerdotes sc. vocem suam non extollere, popu-  
loque

Celsus Bargadilius de dolo. & B. Georg. Ad. Struvius in Diss. de dolo bono Advocati.

(79) vid. Lilienthal de Machiavellismo Litterario in Praef. Prostat Christiano Weissi Bäuerischer Machiavellismus lepida Comœdia delineatus. De Achitophellismo egit M. Joh. Henr. Feustking, de Thra-sonismo Guil. Saldenus, de Paedantismo Ursicus Huberus, de Schlendriano edidit Tract. novissime L. Franckenberg Colon. 1721. in 12. de Sophismatibus scripserunt Bohemus, Bechmannus aliique, & de Charlataneria Excell. D. Menckeni-  
us, & sic porro de aliis hujus cereae alij.

loque deformitatem peccati manifestare haut debeant, eo scilicet laudabili consilio, quo homines album a nigro discernere, verumque de dulci & amaro sensum sibi acquirere possint. Instas vero ulterius & dicis, si vero deperditae homines frontis ex recensione hujus peccati scandalum arripiant, tunc sum tamen scandali causa sine qua non, dum nihil in intellectu, quod non prius fuerit in sensu *?* respondeo, & hic metus mercuriali sapientiae prudentiaeque statuae nihil inurere potest, quando famosissimam scandali dati & accepti distinctionem sobrie reputer, unaque consideres, quod, veluti nec Jcto nec Medico neque Philosopho sit imputandum, quando Horribilibrifax stellionatum committit, Agyrta *πηλοφάγος* abortum meretriculae procurat, & ingens Grillificationibilitudineitatisfax sophismate suo nasum aduncum aliis imponit: ita nec Mystae imputari potest, si forte balatro quidam ex tali concione, ut aranea ex rosa, venenum sugeret, verbaque casta auribus incastis perciperet: sufficit, quod maxima Paroecianorum pars eo ipso aedificetur, cujus potior habenda est ratio, quia una hirundo Ver non facit. At quid opus est, ut huic deductioni diutius immorari cogitem, posteaquam ipsissimi Reverendi V. D. Ministri & archimandritae calculo suo hypothesein haecenus propositam adprobant & urgent, ut modestis tantummodo verbis *γαμομοιχείας* deformitas declaretur, uti ego ipse quoque Concionatores, sed qui Moralis sophiae gnari verba in factum temperare potuerunt, audivi, qui convenienti ratione nostram haecenus depictam *γαμομοιχείαν* vividis, ut dicitur, coloribus ex cathedra proposuerunt.

runt. Et ne gratis haecce asserere videar, produco testem Summe Rev. Porstium Proto-Mystam Berolinens. (80) utpote qui in Conc. der entbrandte Zorn Gottes über die Unkeuschheit p. 46. seqq. ita eloquitur: Ich weiß zwar wohl / was viele unter euch gedencken werden. Einige werden bey sich alleine sprechen: warum bringt man doch solche Dinge auf die Canzel / man schämet sich dergleichen zu lesen / vielmehr solte man Bedencken tragen / auf öffentlicher Canzel von dergleichen Sünden zu reden / weil ja viel junge Leute zugegen sind / denen dergleichen nicht zu wissen gebühret? Ich antworte hierauf / weil die menschliche Bosheit sich nicht scheuet dergleichen Schande und Greuel zu begehen und auszuüben / so hab ich auch darzu nicht still schweigen können / wo ich anders mein Gewissen retten soll. Ich mag wohl hieher ziehen / was Epiphanius de Haeresi, als er die groben und heßlichen Unreinigkeiten derer Ketzer / welche Gnostici genennet wurden / beschreiben solte / saget: In Ansehung der Unreinigkeit der Sachen / kan man schwerlich davon reden / und in Ansehung der Erschrecklichkeit des Zorns Gottes / der hierdurch entzündet wird / kan man schwerlich schweigen. Huic ad stipulatur quoque Theologus facundissimus Jo. Jacob Otto, qui mentem suam nobis ita (81) communicat: Es ist denen Ehe-Leuten nicht alles erlaubet / was dem Fleisch beliebt / Maß und Bescheidenheit muß gebrauchet werden / & quod quoque pro concione hujus vitii

(80) ed. Berolini 1707. & recuf. 1715. add. D. Warliz Tr. de Modestia Scripturae S. in rebus verecundis, in Prolegom. p. 2. seqq.

(81) Im Tugend- und Eifer, Ereg p. 224 add. Da. Gerbersi unerkante Sünden,

tii deformitas urgeri debeat, urget quoque in seqq. wo-  
 von der heilige Geist öffentlich in der Bibel redet/ das  
 mag man wohl auch pro concione sagen/ man muß de-  
 nen Leuten die unerfanten Sünden/ cum cautione &  
 praecisione scandali, zu erkennen geben. Multum ita-  
 que ad deletionem hujus Gamomoechiae conferet, si  
 V. D. Praecones adaequata occasione concreditur fidei  
 suae auditoribus ideam Gamomoechiae accurate deli-  
 neent, & ex supra dictis demonstrant, quod incompe-  
 tens & immoderatus conjugii usus [82], turpitudinem  
 imitetur fornicationis, quodque conjuges hujus tur-  
 pitudinis rei pejores in conjugio vivant quam bestiae,  
 quodque subjecto quidem differant, cum hoc homines,  
 illud bestiae faciant, ast re ipsa convenient, cum u-  
 trumque naturali solum impetu & libidinis causa fiat.  
 Quando autem homines a Rev. Mystis vel aliunde ve-  
 ritatem hujus vitii observarunt, tunc eorum officium  
 est, ut probe auditam & perceptam veritatem ruminen-  
 tur, sacrisque Pandectis aliisque commatis sacri co-  
 dicibus rite evolutis omnia praejudicia abjurent, & in  
 veritate, justitia, prudentia, pietate, castitate ambula-  
 re adnitantur.

### §. XXXVI.

Quando vero homines veritatem hujus Gamo-  
 moechiae cognitam habent, & tamen igniculi volup-  
 tatis eos ita incendunt, ut in deterius ruendi voluptas  
 fit, jam prudentia Gamica postulat, ut perspiciamus,  
 quomodo hic impetus debellandus & enervandus. Vel-  
 uti timor Domini ad omnia est utilis, ita & hic utram-  
 que

H 3

(82) juxta mentem C. Recurrat §. his ita 32. q. 4.

que complebit paginam, si homo, timore Domini [83] tanquam gladio cinctus, aequa mentis lance ponderet, quod inhonesta carnis desideria optime compesci possint, si vanitatem & desomnitatem (84) Gamomoechiaë pensitet, quod scilicet irrito nisu tranquillitatem animi in ea quaerat; si pensitet miseriam, quod robur sanitatis eo ipso debilitet:

En Lachesis gaudet, si pascitur inguine Venter;  
si perpendat brevitatem (85) voluptatis momentaneam,  
qua

(83) Timor enim Domini est amuletum praesentissimum contra omnes *νοσημιάς επιθυμίας* & voluptatum insultus. Cum Philippus II. elegantissimi ingenii Princeps, Jesuitas aliquando interrogaret, quomodi casti esse possent, conversantes privatim familiarissimo cum feminis aulae venustioribus? Respondebant Jesuitae, se herba quadam instructos esse, quam secum circumferrent, cujus beneficio omnia pericula cupiditatum ac ipsos insultus carnis superare possent. Quibus cum iustaret Rex, & ut sibi hoc secreti revelarent, peteret, respondent: *Timorem Domini eam adpellari.* conf. Petri Jarrigii, Jesuitae, Libellus, qui inscribitur: Jesuita in ferali pegmate constitutus c. VI. ubi addit: verum certus sum, quod si Philippi tempore haec castitatis herba instructi fuere, jam omni nunc semine ejus eos adeo excidisse, ut ne granulum quidem amplius in eorum reperiat horti. Et sic excessit, evasit castitas.

(84) In Homeri Odyssæa X. de Circe dicitur, quod Ulyssis socios in sues transformaverit: profecto per Circeam Poeta voluptatem significare voluit, qua in beluas & sues immundi homines mutantur, quemadmodum & Socratem dixisse Xenophon tradidit L. I. de Dictis & factis Socratis.

(85) Vanitatem brevitatemque voluptatis Glossa Portiana ad J. Tit. de Nupt. adprime exprimit, ita canens: si vir eodem tempore a Conjuge exigat debitum carnis, & dominus una exigit servi-



qua tam operosam miseriam sibi acquirit; & quod maximum, si pensitet, quod statorem conjugii indulgentissimum sibi reddat iratum, & a se alienet. Et, ut tribus verbis multa comprehendam, pensitet tantummodo, quod Gamomoechia sit mater infelicissima, quae duas gignat filias, quarum altera audit, non putabam, altera, poenitet.

§. XXXVII.

Pensitatis hisce jam ulterius medicina contra τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας non equidem Hippocratica sed magis Apostolica est adhibenda, ut scilicet omnia castitatis puritatisque impedimenta, libidinosae cogitationes, occasiones (86), pravae concupiscentiae flammaeque

servitium, quaeritur, cui parere debeat? R. Glossator Portius, Viro, & quidem ex ea ratione, quia *mora modici temporis*. Hinc ex eodem quoque capite Philosophus quidam, qui statuebat, quod in statu integritatis homines nihil fecissent, quam ut tantummodo liberis procreandis operam dedissent, tempusque eo ipso consumsissent, vix adplausum merebatur, sed eadem decisione, quam supra Glossa communicavit: quantum tempus requiritur ad concubitum? momentum, at cum thesi sua ad Utopicas regiones a Viro maximae autoritatis relegabatur.

(86) Certum est, quod vitare peccata, sit vitare occasiones peccatorum. Qui non vult esse leprosus, debet vitare consortia leproforum. Hinc non adprobandum, quod Diogenes dixisse fertur: ingredi lupanar aliquando, ut discas, nihilne res honestae ab indignis differant. Plutarch. de Puer. Educ. utpote cui principio Diogeneo innixus S. Vitalis lupanaria ingrediebatur, ut meretriculas ad bonam mentem adduceret, easque juxta gloss. in c. absit 14. c. 11. qu. 3. animo benedicendi, (absit vero ut inde benedictio eveniat) comprehenderet. Quod vero haec visitatio & benedictio sit vituperabilis, videmus

maeque libidinum proscribantur, & praeter commercia & colloquia cum impuris, cantilenae lascivae, Icones obsceniores [87], lectiones librorum obscenorum (88), fabularum Romanensium, Poetarumque luxu-

rian-

mus ex Roberti de Arbrissellis facto, utpote qui cum sacris virginibus, si quae pulchriores ipsi visae essent, secure decumbens, quicquid titillationum & prurientium libidinum velut arietes ad expugnandam castitatem admovebat, nimirum ut de tot tentationibus gloriosius triumpharet, prout Celeberr. Dn. D. Menckenius in Charlat. Erud. ex Mathanasio observavit, quo L. B. remitto. jung. decantatissimi D. Rudigeri philof. Synthet. L. III. Tr. II. c. IV. consecr. e. seqq.

(87) Picturae Venereae merito dicuntur irritamenta malorum & hami juventutis, quantopere enim picturae ejusmodi, nudarum feminarum imagines, aliaque corporum lineamenta, arte pictorum naturam imitantia, oculisque subiecta, animos lubricae juventutis ad vitia & peccata incitent & erudiant, quotidiana docet experientia, peccandi causam quam multis saepe dederunt picturae Ovid. L. 2. Trist. Hinc ad officium Magistratus quoque pertinere puto, ne quid pingatur & ad vendendum exponatur, quod actiones foedas repraesentet, conf. D. Fichtneri Diss. de eo, quod justum est circa picturam §. 28. & laudatiss. Rudigeri Instit. Erud. L. II. P. 3. S. 2. c. 5. conf. u.

(88) Quales innumeri circumvolant, inter quos aliquot nominasse sufficiat. v. g. Aloysiae Sygeae Toletanae Satyra Sotadica, cujus pessimi libri Autor fuit non Meursius, uti multi autumant, sed D. Jo. van Westreen, qui turpius adhuc reliquisse dicitur MSCTum, in quo obscenos omnes actus, impudico calamo depinxit Hadriani Beverlandi liber de Peccato Originis, Eletheropoli Anno 1678. 8vo. Ejusdemque Lucubratio de Stolatae virginittatis jure Lugd. Batav. A. 1680. 8vo. utpote quos libros insanientis excrementa ingenii recte dixeris: l'École de Filles: Tableau de l'Amour: Cupidinis seculum aureum, fabulaeque omnes fere Romanenses, quorum numerum ferme

riantium, ut & otium, voluptatis pulvinar, spectacula scenica impura, impudici luxus, ebrietas (89), intemperantia, convivia Vitellii, (90) aliaque hujus furfuris omni nisu evitentur, eoque potius omnis sollicitudo dirigatur, ut inordinatae & pravae concupiscentiae honesto labore (91) piaque meditatione tollantur: nam-

## I

que

ferme innumerum, hocce praesertim seculo Romanensi, numerare & recensere, non est nostri instituti conf. B. Rechenbergii Diss. de libris obscœnis Lips. 1688. & 1690 in 4 publicata.

(89) Uti enim sine Cerere & Baccho friget Venus, ita iisdem praesentibus maxime valet, wenn Bacchus das Feuer schießt, so sieht die Venus beym Ofen:

Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent litteris. Boni Zechi, boni Moechi: & Venus & vinum, quae totidem constant, amice conspirant. conf. B. Fechtii Diss. Theol. de Christiana corporis sui Cura.

(90) Gula est radix omnium malorum. Gula Protoplastos ex amoenissimo Paradisi viridario ejecit: Gula regno Esavum patrio privavit: Gula populum Israeliticum ad Idololatriam commovit. Gula Africanos victoria vitaeque ipsa privavit: cum enim Hannibal Carthaginensium Dux hostes Africanos Carthaginem invadentes vincere vellet, vi poculi, quod Africanorum gulas titillaret, vicit: cum enim fugam simularet, & relinqueret dolia vino Mandragoraque somnifera impleta, Africani cito vini dolia evacuabant, somno autem exin sepulti felicissime ab Hannibale necabantur. conf. Aegid. Albertini Hirnschleiffer p. 3. Qui ergo adhuc templum Volupiae frequentat, ille audiat ibi Angeronam acclamantem: Attende tibi & fuge gaudia gulse.

(91) Vetus proverbium est veriverbium: Res age & tutus eris. Hinc quoque D. Niemer Schlaflose Nächte vulgo: A la mode Postille p. 450. ita disserit: beruft ihr euch auf Fleisch und Blut, so will ich euch einen Zaum geben umzuwerffen, wo durch

que otia si tollas perire cupidinis arcus. Uno verbo, uti in omnibus noxia prodigalitas (92) ob effectus suos noxios est detestanda, ita praeprimis in conjugii usu ob effectus effectum sensibilem noxium relinquentes, cordicitus est ejuranda & abhorrenda.

§. XXXIIX.

Evolvi itaque haecenus, modesto, ut opinor, calamo, potiores Gamomoechiae casus, demonstravi ἀσολυείας hujusmodi deformem formam, & naturam, declaravi ejusdem noxios, ex quibus potissimum propullulet, fontes, suppeditavi nec minus ex philosophiae Moralis penu nonnulla media & remedia, quorum beneficio noxia haec Gamomoechia, si non funditus eradicari & extirpari, saltem enervari & imminui possit. Jam hic rivos claudere possem: at enim vero, antequam finem huic labori imponam, ultimo tandem loco adhuc disquirere placet, (utpote quod B. L. nec ingratum, nec huic labori indecorum fore spero) num medium & remedium contra hanc Gamomoechiam Edictum quoque Praetoris debeat esse? Quod Princeps maximam generationis liberorum curam habere, ac capropter prurimum omnis extrava-

gantis

durch ihr diesen Bucephalum bändigten können: Arbeitet und fliehet Unmäßigkeit / namque si labor vincit omnia, cur non vinceret quoque amorem, cum omne excludat nihil. Num vero contra hunc adfectum inter reliqua Hippocratica medicina sit, si quis potu Coffee crebrius utatur, prout Olearius Itin. Persic. L V. c. 15. tradit, quod scilicet potu Coffee venerem extinguat, quia nimium haustus humores incrasset, hoc Coffeophilorum dijudicationi & decisioni l. m. q. subijcio.

(92) Prodigalitatē species ejusque noxios effectus in omnibus rebus egregie delineavit monstravitque Dn. D. Schamberg in Diss. Inaug. de Prodigalitate,

gantis libidinis, quanto potest opere, externis LL. coarctare debeat, ne populus venerea nimia voluptate imbellis reddatur (93), & tranquillitas & honestas externa violetur, omnino est asserendum: quod vero Princeps Legislator obligetur, ut aequalem omnibus imperet castitatem, nec quicquam, pro re nata, cujuslibet pudori relinquat, prout Alesius (94), Francofurtanus primo, deinde Lipsiensis Theologus, pronunciat, publico edito scripto propugnans, ad Principis utique officium pertinere, ut omnem is impudicitiam e Republ. funditus ejiciat; id tam indistincte asserere non possum, praecipue quando paulisper pensitem, quam ingens inter castitatem juridicam & philosophicam intercedat differentia, utpote quae a sola virtute resultat, & omnis externae coactionis expert, vult suaderi & doceri, non juberi, non extorqueri. Virtus sane non est, nisi spontanea, coacta virtus est *συνεχουλα*. Princeps non curat, quibus stimulis intrinsecus urgearis, quo libidinis oestro conflagres, dummodo non erumpere sinas clausam turpitudinem & latentem pruriturum: haud curat Princeps, num sponte, num invitus abstineas, nuda ad externo actu abstinence contentus est, nec anguem, quem in sinu foves, curiosius perscrutatur. Unde quoque Illustr. Thomasius (95) jam dudum evicit, quod Princeps in omnia delicta inquirere haud debeat, si ea directo

I 2

publi-

(93) conf. philosophissimi Rudigeri Philos. Synth. L. III. T. IV. c. 2  
conf. f.

(94) refert ejus historiam Baclius in Dict. H. C. ex Jacobi Thomasi Schediasmate.

(95) in Diss. de Pietate Juridica c. 1. §. 13 & in Tract. vom Recht Evangelischer Fürsten in Theologischen Streitigkeiten th. 1. & 5.

publicam tranquillitatem non laedant, aut delicta sint adhuc in occulto: quia officium Principis, qua talis non est, ut subditos suos vere virtuosos efficiat, aut de promovenda ipsorum salute aeterna sit sollicitus. Quaecumque ita sint, hinc eodem fundamento subnixus assero, quod ad Princepem, qua talem, vindicatio Gamomoechiae non spectet, praecipue quando inter occulta adhuc carnis desideria delictaque est referenda, utpote quae remotis plerumque arbitris committuntur, adeo, ut de iisdem, qua scilicet voluntate fiant, liquido protinus constare nequeat. De occultis autem (96) nenter Paulus, nec Apostolus nec Iustus, iudicat.

#### PARALEGOMENA.

Haec sunt, B.L., haec sunt, inquam, quae Tecum rudi, ut dicitur, Minerva de Gamomoechia communicare volui. Nunc vela contraho. Sat praeterea biberunt. Enim vero satis verborum nuptorum, innubus dum haec scribo, me fecisse arbitror, plura eaque accuratiora castis Veneris Conubialis Sacerdotibus relinquo discutienda. Contentus interim eris hocce

(96) j. l. 18 ff. de Poen. & Dn. D. Winckleri Diff. de Occulto § 35. ed. Lugd. Batav. 1707.

ce Catone, & si joco-feria quando-  
 que invenis, cogites velim, quod ma-  
 teriae qualitas talem verborum com-  
 positionem imperaverit. Κρίσιω obtre-  
 ctantium vero nauci floccique aestu-  
 mo, quin ab iniqua eorum sententia,  
 quae in odiosa Facultate, ubi Momo  
 Praefide Zoilus & Aristarchus Assesso-  
 res repræsentant, lata est, ad aequitatis  
 provoco tribunal, spe fretus certissi-  
 ma, quod benevolam inde consecu-  
 turus sim sententiam absolutoriam:

Et hicce terminalia sunt!

Verum antequam claudo rivos, san-  
 ctis suspiriis adhuc exopto, ut quili-  
 bet castitatis Amasius intra innoxios  
 licitæ libidinis limites sese contineat,  
 & probe pensitet, quod furorem a-  
 moris coercere & insipientem concu-  
 piscentiam refrænare

Perfectæ sit philosophiæ.

MANIPVLVS  
SVPERPONDIORVM  
JUDICIO  
DE  
Γ Α Μ Ο Μ Ο Ι Χ Ε Ι Α  
SUBNECTENDORUM.

I.

Castitas Juridica & philosophica multis differunt parasangis.

II.

Virgines haut inconcinne in quadruplices referuntur classes, ubi in prima Physicae, secunda Ethicae, tertia Juridicae, quarta Curiales conspiciuntur.

III.

Virgines, quamdiu nondum ex earum sinu proles effloruit, virgines sunt adhuc salutandae, prout admonet Imp. Leo Nov. 27.

IV.

Virgo, quae jurat, se somno tam arcto oppressam fuisse, ut vim pudicitiae fieri non senserit, virgo ulterius est compellanda.

V.

Ancilla non est Virgo.

VI.

Cum Evae virginitas non longi fuit temporis, hinc non mirum, quod Evae filiae virginitatem citius abjicere, *μάλιστα τάχιστα*, prout Justinianus Nov. 100. ait, malint.

VII.

Cum E. virgines inter res, quae servando servari neque-



nequeunt, commode referri possint, parentes prudenter agunt, si eis de honesta nubendi conditione mature prospiciant.

## VIII.

Injuria maximopere sunt in sexum sequiorem, qui eum pro malo necessario venditare non erubescunt.

## IX.

Inepta est Glossa, quae illam demum pronunciat meretricem, quae plures quam 200. hominum admisit. in Can. Vidua est 34.

## X.

In Virginitate amissa cessat plane Edictum Praetoris de Restitutione in integrum.

## XI.

Femina fucata & picta committit crimen Falsi & Stellionatus, quia pro argento exponit plumbum.

## XII.

Fumum vendunt statuentes, mulieribus propterea relinqui crines, ut mariti habeant, quo eas trahere possint, inducti C. quaecunque Dist. 30.

## XIII.

Merito sunt vocandi uxorii, & suadente l. 10. §. 1. ff. de Neg. gest. eleganter dividendi, quibus l. 14. D. de Fidei. comm. Libert. placet, ubi Lucius Titius in haec erumpit verba: Volo, si uxori meae placeat, utpote quae juxta l. 48. ff. de Solut. & Liberat. omnia pro domina agit.

## XIV.

Femina, quam Salomon Prov. c. VII. depingit, videtur fuisse lasciva Mercatoris peregrinati uxor, eius *Rauffmanns-Frau*.

## XV.

## XV.

Injuriarum tœetur, qui blandam puellam vocat  
 Sldh-Beutel / Sldh-Thier-Garten / si ex circumstantiis  
 patet, quod non animo jocandi sed calumniandi verba  
 sint prolata. conf. Opizi D. de eo, quod iustum est cir-  
 ca Spiritus Familiares Feminarum h. e. Pulices.

## XVI.

Ridiculum est existimare, virginibus non licere  
 sponsum sibi quaerere, maritumque exprocar, si modo  
 verecundiae fines observent. j. Pagenstecheri Ecloga de  
 Jure Virginum §. 2L

## XVII.

Privilegium de non strangulando, Virginibus olim  
 datum, ad privilegia odiosa utique est referendum, quia  
 ut strangulari possent, vitiatæ antea fuerint a Carnifi-  
 ce, uti id ipsum ex Svetonio, Tacito & Lipsio observa-  
 vit Schwendendörfferus Diff. de Priv. Virg. c. VI. §. 16.

## XIX.

Injurius est. Archi-Glossista Baldus in l. neque na-  
 tales C. de Prob. in Virgines cum Studiosis crebro con-  
 versantes, quando meretriculas eas esse inde praesumit,  
 quia Studiosi cum virgine potius consuetum suum A-  
 ve Maria quam Pater noster orarent; sed merito haec  
 conjectura ejuranda videtur, posteaquam praesumptio  
 semper in meliorem partem facienda, usque dum pro-  
 betur contrarium, praesertim quando locutio de Lyta  
 Justiniano & sacrae Thomidis filio obvenit, utpote  
 cui a primis incunabulis illud Tribonianj: Honestè vi-  
 vere, tantopere inculcatum est.

## XIX.

Quod meretrix turpiter faciat, quod sit meretrix,  
 non

non turpiter autem accipiat, cum sit meretrix, evincit pretiosissimus Juris Atlas Ulpianus in l. 4. § 3. ff. de Cond. ob turp. & inj. caus. Exin vero malo utique exemplo, uti

Fabio vel iudice vincam,  
infertur, quod meretrix sit adpellanda honesta, eine erbare Hure,  
prout equidem Schuppius Corinnam depingit, posteaquam meretrix  
omni honestati exequias jam dudum paravit.

## XX.

Fallit & fallitur egregie Marius Salomonius cum tota sua Synagoga, quando existimat, Sodomiam committi in omni congressu, qui non liberorum gratia instituitur.

## XXI.

Manuale stuprum, quod Apostolo 1 Cor. VI. *μαλακία* & Justiniano Nov. 77. c. 1. luxuria diabolica audit, vulgo in masculis masturbatio, in feminis fricatio salutatur, & recte quidem inter delicta Sodomiae adfinia a Christianissimo Jcto Brunnemanno refertur, moribusque pariter & legibus, ut facinus detestandum, coeretur. Scomma hinc est, quod Simon van Leeven in Cens. Forens. l. 5. c. 28. blaterat, quod scilicet *μαλακίας* crimen impune committatur, quia nulla poenalis sanctio eapropter insurgeret. conf. Carpz. q. 46. n. 10.

## XXII.

Consuetudo in Praefectura Giebichenstein vicens, ubi copulandi a Praefecto attestatum, vulgo *Stech, Schein, Stech, Zettel*, dictum, pro certa summa redimere atque Pastori producere tenentur, non fugillari, sed laudari & convenienti encomio illuminari debet.

## XXIII.

Inter quaestiones Domitianas Cervicocianasque merito refertur, quam Ulpianus in l. 6. ff. de his qv. sui l. alien. jur. profert: num filium anniculum pater, qui per decennium abfuit, reversus, agnoscere debeat; quam sane nemo adfirmabit, nisi qui phantasticam forte conceptionem statuit, quod sc. ex imaginatione femina quaedam absque viri congressu praegnans fieri posset, prout quondam famosa illa *Magdalena d' Avremont* hoc persuadere volebat Galliae, quod tamen ego quidem non credo, utut magnum illud Theologorum Parisiensium Collegium, Sorbonne dictum, calculum suum isti addidisse feribitur. Nam si hoc possibile est, certe mysterium esse nequit, quod Salvator

mundi natus sit ex Maria virgine sine virili semine. conf. Kornmannus in Tr. de Jure virginitatis c. 12. & 13 p. 47. seqq.

XXIV.

Committit adulterium uxoremque cucurbitat, qui  
Cum propria imprudens conjux uxore coivit,  
Quam falso alterius credidit esse Viri,  
uti exempla ejusmodi hinc inde sunt obvia.

XXV.

Quod extraordinarie uxor sit punienda, si ex commiseratione alium admiserit, statuit Rhetius Jctus excelsi nominis in D. de Miseric. c. 2. n. 115. Sed merito haecce Crisis respuitur, & ad commiserationis commiserabilis lemmata refertur, quia hoc ipso mulierculis lascivis pons strueretur aluninus, quo confisi sanctionem legalem eludere possent.

XXVI.

Contra nymphomaniam optima & praesentissima therapeutica est, quam neque in Aesculapii hortis, nec in Galeni Laboratorio, nec in Hippocratis officina, nec in Theophrasti Gazophylacio reperies, attemperatus sc. sub Hymenaeo Veneris usus.

XXVII.

Quod matrimonii status sit status miseriae, fundatum est in ff. sacris & quidem Gen. c. III. com. 16. & 1 Cor. VII. §. 28. ubi Paullus ita edisserit: Θλίψιν δὲ τῆ σαρκὶ ἔξουσιν οἱ τοιοῦτοι, doch werden solche leibliche Trübsal haben.

XXVIII.

Videtur, quod Jur. Nat. uxor & maritus salvo conjugii vinculo cum alio vel alia rem habere possint, si ob legitimam causam pars parti id permittat, cum notissimi juris, quod quilibet juri pro se introducto renunciare possit. vid. D. Ayeri Hist. Proc. Jur. p. 190. nec non Josephi Diss. de Hanreitate §. 12. ubi de necessaria Hanreitate agitur.

XXIX.

Morem, quo licet hodie convivis nuptialibus & baptismalibus aliquas convivii Reliquias, vulgo Præbendel, secum auferre, jam antiquissimis temporibus fuisse frequentatum, commemorata apud antiquos conviviorum ἀποφύετα existimo comprobare, Themaque illud dignum judico, quod in peculiari Disquisitione sc. vom Recht der Præbendel curatius enodetur.

Errata, quae oculum Correctoris effugerunt, B. L. haec gravatim ipse corrigat, nec mihi impuret, dum opusculum illud in loco, ubi absens fui, sub prelo sudavit,

\* \* \*

TRIGAE  
VIRORUM DE REPUBLICA MERENTISSIMORUM,  
PRAENOBILISSIMO CONSULTISSIMOQVE

DOMINO  
D. JO. FRIDERICO  
KEUNERO

JCTO LIPSIENSI  
CONSILIO LONGOQVE RERUM USU  
MAXIME INCLUTO,  
CAUSARUM FORENSIUM  
PATRONO EDECUMATO,

NEC NON

PRAENOBILISSIMO CONSULTISSIMOQVE  
DOMINO  
D. FRIDERICO HENR.  
GRAFIO

JCTO DECANTATISSIMO  
REGIO-ELECT. JUDICII SUPR. PROVINC.  
QVOD LIPSIAE FLORENTISSIMUM,  
ADVOC. ORDIN. SPECTATISSIMO,

UT

UT ET  
*PRAENOBILISSIMO CONSULTISSIMOQVE*  
DN. CHRISTIANO EHREN-  
FRIED BOCKIO

AUGUSTI SARMATARUM REGIS ET ELECT.  
SAX. IN HERMUNDURORUM CIRCULO ET  
SCHWARZENBERGAE

PRAEFECTO DEXTERRIMO  
MODERATORI JUSTITIAE EXQVISITO,

HANC QVALEMCUNQVE OPERAM,

PRO LOCO  
INTER EORUNDEM CLIENTES

AUSPICIIIS AUSTICATIS

IMPETRANDO,

PIE, RELIGIOSE, ATQVE DECENTER,

DEVOTO CUM VOTO

JUCUNDITATIS AD VOTA JUCUNDA

SAT SATIS ABUNDE FLUENTIS

D. D. D.

CAROLUS HENR. HEEGE.